





Foederatorum Inf: Germaniae Defensio tertia.











FOEDERATORVM INFERIORIS GERMANIÆ DEFENSIO tertia,


Contra

CALVMNIAM *PACIS PERTVRBATÆ ET PENItus reiectæ.*





Anno MDCVII.



FOEDERATORVM INFERIORIS GERMANIÆ, *Defenſio Tertia.*

PAcis in Belgio perturbatæ & omnis eiuſdem tractatus reiecti criminatio, ſacratiſſimi Imperii Ordines, tanto Fœderatis grauior atque moleſtior eſt, quanto eâ, apud vniuerſum hominum genus, cui quæuis pax, quouis bello plerunq; gratior eſſe ſolet, ipſi inuiſiores atq; odioſiores redduntur; quantoque illorum animi à ſanguinis profuſione ſemper fuerunt alieniſſimi; & contrà, veræ tranquillitatis paciſq; publicę amantiſſimi; neſcii quâ ſuâ culpâ, quove merito, de belli perpetui ſtudio, apud Orbis Chriſtiani Reges & Principes tam iniquè, tam impudenter, tam improbè ab aduerſariis ſuis inſimulentur.

Verum, æquiſſimi Imperii Ordines, ſi, quod vel in leuiſſimis cauſis, à minimis, ſeu pedaneis iudicibus, cuiq; reo iuxta ordinariam iuris viam conceditur, Fœderatis popularibus veſtris, per

peregrinos & libertatis vestrę hostes iniquissimè & calumniosè delatis, & in hac tã ardua causa ex iure tribuatis, i. alteram aurẽ, & patienter innocẽtiæ defensionẽ audire nõ dedignemini, faciẽt vt perspicuè videatis, nõ se, sed ipsos Rom. Hispanicos, bello huic calamitosissimi principiũ fecisse; ac se non solũ pacẽ in bellũ nõ cõmutasse, sed summa cũ obedientia, fidelitate, patientiâ pacis domesticæ, & talis qualẽ à maiorib. acceperant, durationẽ, summaq; cura, atq; sollicitudine persecutos esse; cõtra verò Philippũ II. malo Inquisitorũ cõsilio, cõtra Caroli V. Cæsaris parẽtis sui pceptũ, ad pacẽ auitã pturbãdã inductũ & tandẽ omnẽ belli causam, decreto consilio, quæsiuisse, vt eius occasione totum Belgium legib. & libertatib. auitis exueret, liberos Belgas, tã ciues, q̃ nobiles, tam Barones & Comites, quã Principes, bonis omnib. & vita ipsa spoliaret, & tandem cæteros omnes, velut bello victos, tyrannidi suæ obnoxios redderet. Deinde eundẽ Philippũ & omnes Rom. Hispanicos, non solũ pacẽ illam auitã, tyrãnidis vsurpandæ voluptate turbasse, sed eò vsq; temerariâ illâ cupiditate incensos esse, vt non solùm piam, veram & Reip. Christianæ salu-

tarem pacem vlterius tolerare noluerint; ſed quibuſcunq; technis & molitionib. aditum ad illam obſtruxerint; quodq; omniũ peſſimũ eſt, etiã ſi pacẽ veram cuperent, ab ea verè danda, conſtitutionib. decretis & iuramentis Romano-Hiſpanicis, aliiſque vinculis omnino impediantur.

De belli Belgici cauſis ſatis multa & perſpicua ſuperius attulimꝰ; nunc qđ à crimine fractæ vel perturbatæ pacis auitæ innocentiſſimi, & multo plura, q̃ vel diuino vel humano iure pati tenentur, perpeſſi ſint, priuſquã cõtra Hiſpanũ, totũ Belgium vi publicâ euerſũ venientẽ, & ſub omnimodã nouæ Babyloniæ tyrannidem abripere nitentẽ, ſe cum moderamine inculpatæ tutelæ defendere cœperint, ex ſequentibus luce meridiana vobis clarius fiet.

Belgarum fides, obedientia & liberalitas erga Principes.

Quantam obedientiam, fidem & liberalitatẽ Belgæ in Principes ſuos vel ſingulares, vel vniuerſales, donec illi eos ſecundum iura auita, & fundamẽtales Belgii leges, publico & ſolẽni Sacramẽto firmatas, regerẽt, libertates æuiternas tuerẽtur, omniũ gentiũ hiſtoriæ, quæ de Belgicis reb. ex fide ſcribũt, abundè teſtãtur. Sic, vt omnib. vicinis, tempore Caroli ducis Burgũd. q, *terror Europæ* dictus fuit, virtute & potentia,

ſuâ formidabiles eſſent. Caroli V. & primis Philippi temporibus, Germania, Gallia, cæteræque Nationes, Belgarum fortitudinem contra ſe, vt & Principes ipſi, eorundem fidelitatem talem experti ſunt; vt Hiſpani, omniũ nationum præ ſe contemptores, pro innata ipſis ſuperbia & æmulatione, tanto erga Belgas odio ardere cœperint, vt ob eam potius, quam vllam aliam iuſtam cauſam, eos omnes, (cuiuſcunque dignitatis & ſexus) veluti Maieſtatis reos, legibus Romano-Hiſpanicis, quæ ſuperius vobis editæ ſunt, radicit[9] exſtirpãdos cõſtituerint. [a] Adeò, vt ſi in cõmune Philippi cum Neronis principatu inſtituatur comparatio, inuenietis, quod, vti hic Senatum populumq; Rom. atq; adeò vrbem ipſam ferro, flammâque vaſtare, ac nouas ſibi Sedes quærere decreuerat; ita Philippus non vnius vrbis aut Prouinciæ populum & Senatum: ſed vniuerſum Belgium ſuis Hiſpanis igne, ferroq; funditus delendum, eoque deprædationibus eorum expoſito, in Hiſpaniam inde nũquam reuerſurus, abire decreuerit: atq; re ipſa etiam abierit: ſi cũ Caligula (qui ſe neque ciuem, neq; Principem

[a] Philippi tyrãnis & barbaries ſuperat Neronis & Caligulæ feritatem, ideoque iure ab Ordinib. acceptapoteſtate eum exui potuiſſe. Berclaius li. 3. contra Monarchomachos c. 16. hãc iuſtiſſimam cauſam eſſe aſſerit ob quã Populo Rẽp. contra tyrannum vindicare, & Principem Imperio abdicare licet.

cipem Senatui amplius fore, inq; animo habuiſſe, interempto vtriuſque Ordinis electiſſimo quoquo, Alexandriã cõmigrare, ac, vt totum populũ vno ictu interimeret, vnã ei ceruicẽ optaſſe teſtatꝰ eſt) inuenietis Philippũ vtriuſq; Ordinis Belgici ſc. Senatorii & Equeſtris, electiſſimis, etiã Catholicis plurimis, indictâ causâ, tãtum ob id, quod auita iura & leges patrias, non vi, ſed votis ſolum in Senatu defenderant, longe crudelius interfectis, cæterorumq; Belgarum omnium iugulum, ex vltima Inquiſitionis Hiſpanicæ lege, non vno ictu præcidere, ſed quod lõge ferocius & immaniꝰ eſt, lẽto igne decrepitos ſenes, puſillas iuuẽculas, alioſq; plurimos mediæ ætatis, & manifeſtę innocẽtię vſtulare, neq; amplius Imp. Belgici, aut ciuis, aut Principẽ Senatui iſti eſſe, ſed totũ Imperiũ Belgicũ (quod liberũ à maiorib. & populo traditũ acceperat) alienæ ditioni, i. nouæ Babyloniæ Regi mancipare voluiſſe?

Crudeliſſimum illud Romano-Hiſpanicorum atque viris intolerandum propoſitum, Belgæ nihilominus, pro innata ſibi in Principem fide & amore,

Belgarum ſub tyrannide Romano-Hiſpanica in tolerandis malis pro pace conſeruanda, patientia; & quibus mediis illi obuiam iuerunt, priuſquam vi armata ab Hiſpano preſſi, ad defenſionis neceſſitatem conuolauerunt.

tolerare consultius esse prius statuerunt, supplicandoq; tantùm, Principis animum ad clementiorem imperandi viam cõmouere, non autẽ coadunatis turbis, vel per seditionem Principi suo rebellionẽ excitare: verum, vbi nihil ꝓfici patientia viderẽt, quã quod indies grauiora ex facili tolerantib. imperarẽtur, nondum vi armata se mandatis illis Rom. Hispanicis opposuerũt, sed alii, ꝗ se nascẽti illi calamitati subducere potuerunt, patriâ, cõiugib. liberisq; relictis, vitæ suæ, fugâ cõsuluerũt; Ordinũ verò nõnulli, quib. maior & pietatis & patrię, ex lege, cura, amor, & anim⁹ erat, supplicationib. & legationib. suis non priuatis, sed publicis, ad Principis clementiã confugere perrexerunt; quib. tãtum abest, vt illius animus, ad Belgarũ & populi sui cõmiseratiõnẽ flecteretur, vt primũ clãculariis literis, de cędendis præcipuis Belgarũ Principibus ac Dominis, cũ Ducissa Parmensi, Belgii tũ gubernatrice vaferrima agere cœperit; Deinde, cũ eã viã Hispanorũ suorũ ardori, superbię, & crudelitati longã nimis esse videret; Duci Alb. ꝑcepit, vt tyrannidis huius ꝓmouẽdæ & stabiliẽdæ, sibi cõsiliũ suggereret, ꝗ ab Inꝗsitorib. Hispanis edoct⁹, respõdit, *Res Belgicas in eũ locũ peruenisse, q᷑ Rex ad arma capienda teneretur, atq; obstrictus es-*

ſet: quib. Belgas caſtigaret, & hæreticos iſtarũ Prouinciarũ funditus deleret; quaſi via iuris ordinaria, i. igne, reſte, gladio, aquâ, terrâ, *nõ ſatis grauia expiandæ iræ diuinæ & vindicãdæ Matis ſuæ dignitati ſupplicia, inueniri poſſent;* ita ipſa ſonant conſilii verba apud Dom. Bernard. de Mendoza, li. 1. c. 9. Cõmentariorũ memorab. etſi. n. extiterint tũ viri, qui & *cruentas epiſtolas, armis cohibere & miſerã ſãguinariãq; pacẽ vel bello benè mutare potuiſſent;* nihil tamẽ motũ fuit; certabant. n. Belgæ & Hiſpanus, illi an ſuâ patientiâ huius crudelitatẽ, hic verò, an ſua barbarie illorũ modeſtiã & fidẽ ſuperaret: verũ cũ Hiſpan⁹ lõge graui⁹ eodẽ cõſilio, tanq̃ illorũ iugulis iã pede impoſito, exaſperaretur; & omni erga Belgas ſuos humanitatis cogitatione abiectâ, nõ ſolũ in ſingulorũ necẽ, carnifices deſtinabãt, ſed ingẽti omnium nationũ conſcripto exercitu, vniuersũ Belgiũ ſubuertẽdũ, eidẽ duci Albano, omniũ Hiſpanorũ crudeliſſ. & rapaciſſimo, abdicaret, atq; hic ex præſcripto legis Inquiſitionis Rom. Hiſp. Belgii deletionẽ vi aperta aggreſſ⁹ eſſet; tempeſtatis illius vim atq; impetum, ſeu timidiores, ſeu prudẽtiores plurimi, exilio declinabãt; imprudentiores innocentia ſua freti, belluæ iſti⁹ ferociſſimę aduentũ, cũ vitæ ſuæ multorumq; aliorũ

Bernardus Mendoza 1. Commẽtar. rer. Belgicar. cap. 1. facit

iacturâ expectabant. Graſſantibus ita crudeliter per Belgium, in vitas & fortunas omnium, Romano-Hiſpanicis, vt ne à ſacris quidem vel Eccleſiaſticis Romanis abſtinerent; profugi vbi vobis prius ſuam in Principem fidelitatẽ & obedientiam, paciſque publicæ ſtudium probauiſſent, humillimè vos pro interceſſione ad eundem clementiſſimè ſuſcipienda compellarunt; quam & vos pro ea, quâ eſtis in Deum pietate, & in populares veſtros clementiâ, vt dictum eſt, libentiſſimè ſuſcepiſtis, ſed fruſtra, Hiſpano obſtinatiſſimè in crudeliſſimo ſuo propoſito perſiſtente. Sed Deus, qui Regum & Principum animos, ad ſuorum conſolationem regit, Romano-Hiſpanicos indurans, tum vicinos aliquot Principes ad auxilium iniuſtè oppreſſis ferendum excitabat. Ea re ciuitatum quarundam Belgicarum Magiſtratus in meliorem ſpem erecti, patriã tandem contra peregrinorum ſeruitutem & violentam oppreſſionẽ defendere adgreſſi ſunt; ita tamen, vt quamcunq; tolerabilem pacem in ſua hac debilitate, tam calamitoſo bello præferre optauiſſent. Hæc vobis tanquam in conſpectu veſtro

ſtro,&per vos,veſtrûmque aliquos geſta,ita nota ſunt,vt alia probatione non indigeant.

Etſi autem Belgæ, vt in prima Defenſione apertè probatur, ipſo iure à Regum Hiſpaniæ iugo liberati eſſent, quia decretoriè ex protectore Belgii eiuſdem euerſor factus ſit, & ob hoc iure contra vim Philippi II. velut extranei ſe armare cœperant; ne tamen quis eos, ad armorũ tutelam, in alium finem, quam ineuitabili neceſſitate adactos, & pacis potius recuperandæ, quàm belli perpetuandi ſtudio confugiſſe exiſtimaret, expendite eorum acta,& re ipsâ comperietis, ſacratiſſimi Imperii Ordines, eos ſemper ad pacis tractationem ſubeundam paratiſſimos fuiſſe, quotieſcunque illis ab iſto implacabili Euangelicorum hoſte, vel modica aliqua pacis ſpes affulgeret; quod etiam iniquam pacem quouis bello tolerabiliorem eſſe ſemper crediderunt.

Pacis vera in Fœderatis ardentiſſimũ ſtudium, probatur ex variis tractatuum admiſſionibus, vt & Hiſpanorum erga talem pacem odium, ex eorundem fraudibus & factis ſanguinariis.

Argumento ſunt toties à Fœderatis admiſſæ pacis tractationes, ſed tandem ſemper, cum quod ſub il-

larum prætextu queritabāt Hiſpanici, adſecuti eſſent, nec vlterius ea fraude ad Fœderatorum deletionem progredi ſe poſſe viderent, perfidè per eoſdem abruptæ: ordine autem, ſed breuiter ad rei fidem aliquas commemorabo.

I. Ab ea quam Hiſpanus, per fraudiū
1574 ſuarum adminiſtros, ſub initium naſcentis defenſionis, Fœderatis, ſub *Requeſentio magno cōmendatore Caſtiliæ, &c.* clam offerre curauit, ordiar: hanc inter cæteros Dominus de Chāpigny, nomine Hiſpani, cum Dom. Phil. Marnixio Sanctalgundio, nomine Principis Auriaci, an. 1574. inire ſe velle ſimulabat, cui cum pacis amore Hollandiæ & Zeelandiæ Ordines, aures prębere ſtatuiſſent, ne quid omitterēt, quâ pax patrię reſtitueretur, ad petionē Requeſentii, per libellos ſupplices, Hiſp. regis animum ad grauaminū ſuorū ſubleuationē impetrandā adgreſſi ſunt, ſed fruſtrà: inſidias interim Rom. Hiſpanicis aduerſus illos machinantib. nam dum falſa illa pacis oblatione morabantur, exercitus ab Hiſpano vberior diripiēdis vrbib. inſtruebatur, eoq; inſtructo, ſimulatus ille tractatus â Champygnio abruptus fuit, ob hanc ſolam cauſam; quia *nulla pacta ad Religionis Euangelicæ*

licæ ſecuritatem, vel veterum Reip. legũ reſtaurationẽ pertinẽtia, vel audire, vel admittere voluit, inq; alium etiam finẽ illam tractationem inſtitutam fuiſſe, ex illa parte, deinceps conſtitit; nimirũ, vt animos indigenarum, ex veteri Romanorum more, nondum Hiſpanicarum artium ſatis prudentes, in mutuas diſcordias & diſſenſiones excitaret, quo facilius ſepararẽtur, & maior deinceps, iuſtiorque Hiſpano cauſa eſſet, iuxta nefarium Romano-Hiſpanicæ Inquiſitionis conſilium, eos tanquam rebelles & ſeditioſos opprimendi. hanc etiam ſimulatam tractationem in Hollandia, altera & arctiſſima vrbis Leydenſis obſidio ſecuta eſt; quæ, Deo iſtiuſmodi fraudes & perfidias ſeuerè vindicante, admirabili & incredibili aquarum inundatione & pauciſſimo milite, Hiſpanorum multis millibus velut Panico timore percuſſis, plurimiſque ſubmerſis & cæſis, ſoluta fuit.

2. Secunda pacis tractatio Bredæ anno ſequente, menſe Februario Maximiliani II. Cæſari, Principis Auguſtiſſ. atq; optimi interuẽtu abrupta fuit; q in eũ finem Illuſtrem Dom. Ottonẽ, Comitem de Schwartzenburg/ eô ablega-

uerat; huius ſynceritate & optimâ fide vbi Hiſpani impudentiſſimè abuſi eſſent, Hiſpaniæq; Regis Delegati declaraſſent, non poſſe Regem, Hollandis, Zeelandis, & illorum Fœderatis, *quicquam promittere, quod religioni Romanæ, cuius eum protectorem & propugnarem dicebant, vel in minimo puncto aduerſaretur*; neque permitterent Ordinibus generalibus, vtriuſque partis, vt ad pacem conciliandam cõuenire poſſent; Fœderati, pace, quâ vera pietas & patriæ libertas euertebatur, ipſum bellum tolerabilius ſibi eſſe putauerunt; atq; ita diſceſſum. interim Requeſenti⁹ vt ante, collectis & reparatis viribus, non Fœderatorum tantùm vrbes oppugnare & lanienis fœdare iterum aggrediebatur (plus fraudibus illis paucis menſibus in Hollandia & Zeelandia proficiẽs, quàm antea multis annis profecerat, aperto bello) ſed & in illas vrbes, quas inſidiosâ pace in ſuas partes pertraxerat, quaſque violentiâ detinebat, tam crudeliter & barbaricè, per ſuos Mauros deſęuiit, nominatim autem in vrbem Antwerpienſem, ocellum illum mundi, vt iure, tam apud Põtificios, quã Euangelicos recepto, tã

Vide primã defenſionem.

Catho-

Catholico-Romanorum, quam Fœderatorum, qui patriæ, aduersus incendia, lanienas, stupra, & rapinas, defendendæ causâ coierant, edictis publicis Hispani pro omnium harum Prouinciarum hostibus & perduellibus propter belluinam suam, in eo furore & sanguinario proposito obstinationē, declarati fuerint.

Hos motus tertia *Gandauensis pax*, anno 1577. inter omnes Belgicarum Prouinciarum Ordines secuta est; in qua quidem Hollandis & Zeelandis eorumque Fœderatis in religionis libertate nihil adimebatur; verum postquam à morte dicti Requesentii, Iohannes Austriacus recèns à sanguinariis Hispanorum consiliis & mandatis atq; è perfida Sedis Romanæ schola superueniens, eandem quidem in speciē confirmasset, inueniebatur tandem eundē, militē peregrinū nō penitus (vt promissum fuerat) ablegasse, sed seposuisse tātum & in Galliam destinasse,* — *3. Anno 1577.*

**Vide epistolam Escouedi Secretarii, ad Philip. II. 6. Aprilis. an. 1577. scriptam, quæ extat in historia Belgica Mœureri, vbi hæc verba reperiuntur*: Si en France l'on demādoit les gens, que l'on tiré d'icy a present, il n'y a chose qui sceust venir plus à propos; vostre Mate pense le pis & face pouruoir à ce, qu'elle iugera cōuenir; mais qu'elle entende, que si l'on vient à ce terme, il

fauldra prẽdre aultre chemin que celuy que tient le Duc d'Alue, & le grand Cõmendeur, Car il fauldra auoir petit nombre des gens qui soyent bõs. & ne se charger de ceulx, qui consument sans seruice & ont consumeé V. Mate.

vt inibi interim cũ sancti Fœderis sociis, reliquias Ecclesiarum Gallicarum per eosdem extirparent, donec Belgas pace Rom. Hispanica, in casses pertraherent; vt eosdem postea, eô commodius, ex vicinia, in Belgiũ reducere posset: aliud item inuentũ postea fuit, qđ nimirũ antecessorũ vestigiis insistens, Ordinũ plures variis artib. in suas partes pertraheret; & apud Imperatorem, Regem Galliæ, Reginã Angliæ, aliosq; Principes, falsò & calumniosè cõquestus esset, tanquã Hollandi & Zeelandi pacem Gandauensem violassent; cum ipse è cõtra, eos aliquâ morâ frustrat⁹, interea se ad bellum potentius instruxisset: tandẽ. n. apertè testatus est, se tractatum admittere non posse, nisi hisce solũ legib. *ne vel in minimo Religioni Catholicæ & Rom. & absolutæ authoritati & obediẽtiæ Regis derogaret, præiudicaretve: & nisi omnes Prouinciæ & vrbes iuratò promitterent, superstitionis Rom. Cõciliiq; Trid. obseruationẽ*: quas conditiones velut Rom. Hispanicas & peregrinas, legibusq; patriæ fundamentalib. aduersantes, vt & iuramento, quo Ordines populo obstricti sũt, cũ I. Austriacus eos vel recipere vel præstare nolle, aut nõ posse videret, Hispanos suos & Italos contra iuratam promissionem, in Belgium summo impetu reuocauit. hac perfidia, vt & iniquissimis conditionibus interim effecerat, vt maior & deterior pars à meliore secederet, eique adhæreret;

atque ita tota illa tractatio ipsius astu & fraude; sed summo cum Reip. detrimento, iterum abrupta fuit.

Eandem quidem, ipse deinceps iterum renouare conatus est, sed frustrà; propter detectas nouas illius fraudes & literas Escouedi Secretarii Iohannis Austriaci, quibus Philippo II. significabat: *Quod huic malo bonæ rationes non mederentur, sed ignis & ferrum tantum; seq; huic tractatui in id solum consensisse, vt sub hoc prætextu clam Ordines inter se irritaret, quo deinceps mutuis dissensionib. & vulneribus, semetipsos cõficerent, & reliquos facilius igne ferroq; funditus delere posset.* Hoccine quis pacem appellauerit? 4.

Quàm perfidè quinto, *Baro de Selles*, postea sub nouæ pacis tractandæ specie, milites, Fœderatorũq; Duces corruperit, & totum illorum exercitũ distraxerit, satis etiam notum est: cum tamen eodem tempore, Fœderatorum ad pacem inclinatio & animus satis ex eo constaret, quod Serenissimum Archiducem *Matthiam*, regii sanguinis Principem, ad gubernãdũ Belgium, in eum finem, recepissent; Sed idem Baro illis nondum contentus, tentabat etiã 5. 1578.

Mechelinıæ vrbis Gubernatorem, sub eodem prætextu: quem & sordib. suis corrupit eadem ciuitate sub tyrãnidẽ Hispani ꝓditoriè & crudeliter reducta.

6. 1578. in Septẽb. Maximè solemnis deinde & sextus Louanii cõuentus Ordinum generalium, ad pacis tractationẽ ineundã, habitus, cui etiã suprad. C. Matis, Regis Frãciæ, & Reginæ Angliæ legati interfuerũt, sed Hisp. Rex per Ioh. Austriacũ testabatur: *sibi minimè gratum esse, Imperatorẽ, Galliæ Regẽ, & Reginã Angliæ, se isti rei immiscere; sibiq; media affatim suppetere, ad domandos suos subditos, nullam penitus in Religione reformationem admittere volens*; sic, vt & ille tractatus in nihilum abierit;

7. 1579. Velut & septimus, nec minus solẽnis ille, qui intercedente *Rudolpho II. Imperatore* Augustissimo, Coloniæ Agrip. conuẽtus habitus fuit; vtpote per suos, Electorumq; & Principum Imperii Legatos nobilitatus; sed propter eandem causam, sc. *denegatæ Religionis Euangelicæ, & quod nullam certam de tractatus futuri obseruatione Hispanus securitatẽ præstare volebat*, abrupt⁹ fuit, qui interim, dũ hoc pacis studiũ ostentabat, fraudulentissimè Hannoniæ Ordines à ceteris distraxit, Syluamducum inter-

intercepit, aliaq; Fœderatis pericula molitus est. ¶ Octaua pacis tractatio 8.
fuit, quâ versutiss. Italorũ, *Alex. Farnesius Parm.* Anglis & Belgis Fœderatis 1588.
simul imponere conatus est, interim dũ Hispanus potentissimâ illa classe & exercitu nõ minore, è Belgio anno 1588. in Angliam traiicere, eandemq;, in pręmiũ procurandæ apud Fœderatos pacis, & dũ in ea operam nauaret, eiusdẽ superba & imperiosa mãdata audiẽdo, subiugare se velle, ex improuiso ostendit; ex quo apparet, quã liberale Romano-Hisp. præmiũ destinẽt Regibus & Princip. Euãgelicis, q pacis pub. studio, fidã Hispano operã, vt illi complaceãt, ad pacẽ in Belgio promouendã, nauãt; sed & hæc illâ deuictâ, in nihilũ abiit; non. n. in aliud instituta fuerat, quã, vt per illã Angli & Fœderati deciperẽtur.

Nona, quam *Philippus* anno 1594. 9.
Prouinciis fœderatis, per *Archid. Ernestũ*, consobrinũ suũ (qui Principi Parmẽsi suffectus fuit) obtulit, nõ quidem difficillimis conditionib. circũscriptã, vt antè; sed, vt illi dicebant, qualem ipsi Fœderati desiderare poterãt, vt hi, toties icti, hac arte & benignitate, iterũ ad pacis fraudulentiss. tractationẽ pellicerentur, missi quoq; Fœderatorum, qui hac spe illecti fuerant, Delegati, vt

cognoſcerent, ſi quid ab Archiducis Delegatis, noui & maioris ſecuritatis adferretur, quo tandē ſemel finis bello calamitoſiſſimo imponi poſſet. Quid interea agitur; dum ſpecioſis & falſis illos pacis conditionibus morari conātur? de regno Chriſtianiſſimo Galliarum & Nauarræ Regi Henrico quarto, quaſi hæretico & excommunicato eripiendo, ſummis conatibus Romano-Hiſpanici adlaborant; ad quam rem etiam maximum illuc exercitum, vt & in Hollandiam ſuos ſicarios, ad Illuſtriſſimum Principem MAVRITIVM *Naſſouium* latrocinandum, ablegant. quem fraudulentiſſimum tractatus illius ſcopum, ex ipſius Iohannis Baptiſtæ Taxis ad Regem Hiſpaniæ literis manifeſtè cognoſcetis; cum enim Fœderatorum Prouincias, & vrbes naturâ loci, & virorum fortitudine, quaſi inſuperabiles eſſe Romano-Hiſpanici viderent, toti deſperabundi ſplendidiſſimas pacis conditiones Fœderatis oſtentare vtilius ſuis rebus fore Romano-Hiſpanici crediderunt (vt illis à magnanimo ſuo propoſito ad pacem Romano-Hiſpanicam, inducerentur) quā vt ipſi diuturniore, ſumptuoſo, & mole-

molestissimo bello, in Monarchiæ suæ Catholico-Romanæ propagatione, vlterius impedirentur, & hac in re, antiquorum Romanorum fraudem secuti, qui vt Batauos olim armis inuincibiles & gloriæ cupidos, in suos casses pertraherent, Societatis Imperii honorem obtulerunt, quâ arte tãdem quos potẽtiâ suâ nequiuerãt, eosdẽ fraudulẽtis auxiliis mirũ in modũ attriuerũt. hoc idem Romano-Hispanicos hac suâ insidiosâ pace tentasse, Taxis, ille fraudiũ Romanarum artifex peritissimus, earumq; conciliator & machinator primarius testatur, in illa sua epistola, quã ad Philippum II. vltimo Maii 1595. de pacis cum Fœderatis tractatione transmisit, & in mari mediterraneo, intercepta fuit; cuius autographum in Cancellaria Illust. Dom. Ordinum Fœderatorum etiam nunc reperitur. Agens enim de restauranda apud Fœderatos per pacis artes, superstitione Romana, & tyrannide Hispanica, his vtitur verbis: *Pro certo*, inquit, *tenetur, quod adhuc inter sectarios magnus reperiatur numerus Catholicorum; qui cum eo sint affectu, non creduntur obliti esse officii, quod Regi, quem Deus illis omnibus dedit, de-*

Tacit. 4. Historiarum.

Pacis artis valida gentes, & difficiles aditu regiones potius tentanda, & superanda, quam bello.

Quod Hispanus sibi maxima utilitati fore ducit, id Fœderati sibi maximo incommodo esse credãt; & quãtum pietatis artib. possũt, vt durabili Reip. suæ securitati consulant, tollere studeant.

bent; Quod vt ita sit, sicuti etiam ita est, res manifesta est; quòd talis affectus, tempore peribit, &c. & quod memoriâ regali penitus extinctâ, nihil aliud in supradictis regionibus superesset, quam hæreses. Vbi ex aduerso, si nos eò reuertamur, sc. per modum pacis, quanto ocyus fieri possit; inibique pedem figamus, etiam in minimo, Catholici, qui inibi inuenietur, poterunt conseruari, & cum iis conseruabitur desiderium habendi Regẽ, & porta tenebitur aperta; vt per prædicationes & alias diligentias, item bonæ vitæ exemplis respectu personarum Ecclesiast. itẽ sollicitudine & industria, seu machinationib. ministrorũ secularium, i. Iesuitarũ secularibus vestib. indutorũ, indies in restauranda authoritate Pontificia & regia, aliquid proficiatur: nã plerũq; defectionib. medetur dies; sicuti quoq; nõ vno die nascuntur; maximè, si applicentur patientiæ, tolerantiæ & industriæ remedia, ea, quæ rerũ status postulabit. hæc ille. Quidquid sit, cõsultius esse asserit, vt videtis, pacis artib. cum Fœderatis ad vtriusque tyrannidem vniuersalem promouendam procedere, quando aliter non licet, quam eos longiore bello artem militarem docere, & permittere, vt paulatim totam superstitionem

Rom.

Rom.ex ſuis prouinciis abigant; tandē adiicit; *quod, quæcunq; ad pacem obtinēdam cōceduntur, ea eſſe vtiliter conceſſa credendum*, vel ex hac ſola epiſtola maniſeſtiſſ. liquet, Rom. Hiſpanicos, nihil aliud pace ſua moliri, & affectare, quā, vt illius veneficio & fraude, Sedi Romanæ obedientia & Hiſpaniarum Regi tyrannis, & per miniſtros ſeculares, quales ſunt Ieſuitæ mercatores, redintegrentur; Et procul ab illorum animo abeſſe, vt Euangelicam & certam pacem illis largiantur; cum in id ſolùm omnes ingenii vires intendant, vt Catholico-Romani in Belgio conſeruentur, multiplicēturque: Orthodoxi verò & Euangelici funditus inibi deleantur. Quare etiam Fœderatos, & ſuâ & veſtrâ causâ prudenter & fortiter feciſſe videtis; qui detectâ illorum machinatione, talem fraudem & calamitatem hactenus reſpuerint.

Quod hoſtes maximè timent, hoc, ſi vllo modo poteſt, magis faciendum eſt, quo magis timeāt, metus n. aut habēdus, aut faciendus eſt. poſterius ſemper vtilius fuit; alias dum timemus ne pereamus, timendo perimus.

Decimo ſubmiſſi ſunt artibus Romano-Hiſpanicis Ordines Belgiæ ſubactæ, vt pacem cum Fœderatis, eâdem, quâ ſuprà, deſtinatione, molirentur, q quò facilius admitterentur, ſimulabāt ſe proprio, i. Ordinū, non Regis Hiſpaniæ nomine cū Fœderatis acturos eſſe, qua de re etiā Legatis illorū liber commeatus in Zeelandiam datus eſt: ſed 10.

eò cum venissent, petiuissentque, *vt Regis Hispaniæ & Ordinum illius nomine, pacis conditiones, quæ Regis Hispaniæ & honori, magnitudini, authoritati, reputationi, & iuribus contrariæ non essent*; Fœderatis proponere liceret; ab Illustrissimo *Principe* MAVRITIO & Zeelandiæ Ordinibus responsum fuit: Fœderatis post abdicatum eiuratumq; Hispanorum dominatum, non licere, neque expedire, cum Rege Hispaniæ æterno Fœderatorum hoste, tanquam Belgii domino, pacem inire; cum propter alia multa, tum etiam, quia sciebant eum hæreticis, non seruaturum fidem: Verum, si Ordinibus ipsis solis cum Fœderatis, secundum vniuersale omnium Ordinum decretum, agere liberet, se ad id paratos esse; Sed cum & hæc illis displiceret conditio, re infectâ, discessum fuit: quam viam deinceps nihilominus quidam ex partibus Hispanorum sequi velle ostentarunt, sed potius, ad consilia & animos Fœderatorum explorandum, quam animo pacis veræ conciliandæ; vti deinde apparuit.

11. Anno 1597. Serenissimus & Christia-

ſtianiſſimus *Rex Daniæ* ſolemnem quoq; legationem ad Illuſtres Fœderatorum Ordines, pacis Chriſtianæ cũ Hiſpano promouendæ ſtudio ablegauit, eâ quoque, quàm honorificè & quantâ cum reuerentiâ ab illis accepta & excepta fuerit, quantum item Fœderati ſibi ad bellum hoc, verâ & Chriſtianâ pace terminandum, deſiderium ſemper fuiſſe oſtenderint, ex præclaro illo & ſolidiſſimo reſponſo, quod Nobiliſſimis & Ampliſſimis eius Legatis, dederunt, ſatis notum eſt. Eo enim nõ à ſe, ſed ab aduerſario, ſtare multis & indubitabilibus argumentis oſtendunt, quo minus pax pia & vera in Belgio cõſtitueretur; quib. rationib. ita illi regi abundè de iuſtitia & neceſſitate defenſionis ſatisfactũ fuit, vt amplius poſtea de ea re dubitare non potuerit.

Ex Imperii parte in Comitiis anni 1594. petentib. Romano-Hiſpanicis, Electores, Principes & ciuitatum primores, ad pacis in Belgio promouendę arbitrium commiſſi ſunt; illi, inquam, quorum arbitria velut ſuſpecta antea ſuperbè Hiſpani reſpuerant:[a] Sed quâ arte, & in quem finem, alibi oſtẽditur; 12. 1599.

[a] *Vide in prima parte, & infra quoq; in verſ.* Aſtutum conſiliũ Fœderatorum.

Vide in prima parte & infraquoque in vers. astutum consilium I.

& licèt Fœderati toties, quotiescunq; pacis tractandę occasio se obtulit, perfidissimè & cum incredibili Reip. Belgicæ iacturâ, à Romano-Hisp. decepti fuerint, sic vt iure meritissimo, omnino & in vniuersum ab omni cum Hispanię Rege tractatu, ob illã Hispanorum plusquam Punicã perfidiam, abstinere, & cauere debebant, eorumq; insidiosam barbariẽ, non amplius pace molliendam, sed armis repellendam esse, iure decreuerint; re tamẽ secundũ vnionis pacta, cum Regib. vicinis fœderatis deliberatâ, Cæs. Ma^tis Delegatos, ne omnem pacis spem rescindere velle viderẽtur, *duodecimò* admiserũt, vt, si quid noui remedii ad pacem promouendam, proponerent, audiri possent. Verum, vbi eorũ animum esse, vt

Vide infra, vbi de Romano-Hispanicorum in his pacis tractatibus fine agitur.

12\. pax inter Archiducem Albertũ & Fœderatas Prouincias iisdẽ legibus, vt supra, conciliaret, intellexissent, fraude Hispanica illis detectâ, neq; Statui suo, neque ipsi Imperio, aut vllis vicinis Regibus & Principibus vtile fore demonstrarunt; si per Archiducem Albertum Germanicæ quidem originis, sed Romano-Hispanicæ educationis & affectionis Principẽ, in seruitutem Romano-Hispanicam reducerentur. atque ita eos

ta eos auditos, cum legitimo & idoneo respõso dimiserunt; cuius Legationis tempus ad detegendã fraudem Romano-Hispanicam obseruatu dignũ est. Legatio.n.illa, cũ in comitiis An.1594. decreta esset, anno tandem 1599. id est, septennio pòst, ad Fœderatos emittitur; quæ dilationis causa præcipua? quia pluris Hispanorũ intererat Galliæ Regnum, sub specie auxilii Guisiacis coniuratis suis dandi, inuadere, vel ad minus tanquã fidei Catholicæ propugnator, Sedi Romanæ conseruare, quàm aliud agendo, sinere, vt Reginæ Angliæ & Fœderatorum auxilio Regnum illud à seruitute Sedis in libertatẽ vindicaretur; certi, siue bello, siue pace Galliarum Regnũ in fide Romana cõseruaretur, facilius deinceps Fœderatos in ordinẽ redigi posse, qui eo bello durãte, aures nullis pacis Romanæ-Hispanicæ cõditionibus præbituri esse videbantur. Sicuti etiã euenit, & cum sollicitudine Sedis Rom. pax inter Galliæ & Hispaniæ Reges & Archiduces conciliaretur, hoc ab Hispanicis duodecimo actum fuit, vt Fœderati ad pacis Romano-Hisp. conditiones, quo ad fieri posset, inuitarẽtur, inducerenturque; Hispanicis sperantibus, quod

Hæc prolixius tractantur in prima parte Apologetici.

Fœderati terrore redintegratæ inter Galliæ & Hiſpaniæ Reges amicitiæ, ea ex parte ad ſubiectionem & duriores cõditiones adigi poſſent, quare etiam, nõ niſi ea ſpe fruſtratus Hiſpanus, Imperium ad eum Legationem mittendam incitauit.

Etſi autem Romano-Hiſpanici ex variis Illuſtrium Ordinum anteriorib. reſponſis ſatis agnouiſſent, ſe neq; illa via, quicquam ad inſidioſam & ſanguinariam pacem obtinendam promoturos; inter alios tamen fines, etiam hunc ſibi habebant propoſitum, vt ex pacis oblatæ reiectione, non ſolum Cæſ. Matem. ſed & vniuerſos Imperii Ordines, in Fœderatos, tanquã pacis oſores, cõcitarent; eoſdemque ita exaſperarent, vt deinde Fœderatos igne & aquâ interdictos, viris, pecuniis, & armis Imperii, ad obedientiam Hiſpani compellerẽt; quo etiam calumnias illas in Fœderatos, ante & poſt ſuperiora Comitia ſparſas, tendere, facile quis videt.

13 Decima tertia pacis Romano-Hiſpanicæ cum Fœderatis tractatio, ab Ordinibus Belgii, vi ab Hiſpanis ſubacti, Berghis ad Zoomam, cum Fœdera-

ra-

ſtatorum Deputatis, anno 1600. tentata fuit. Sed quia in primis, de tractatus futuri fide & cautionibus ageretur, nec vllæ idoneæ, aut quibus tutò credi poterat, ab Hiſpanicis darentur, & hęc tractatio in nihilum abiit.

Anno ſequenti Dux Bouilloneus vnâ cum Comite San-Paulino & Dominus Cõmertinio & Mangotio Cõſiliariis Galliæ Regis, litis inter Principem Spinenſem & Comitem de Ligny componendæ cauſa, Mellodunũ Belgii ſubacti oppidum, ab Henrico IV. ablegatus fuit. Quâ occaſione Dux Arſchottanus & Comes Sorranus eundem Ducem, Archiducum Alberti & Iſabellæ nomine compellãt, belli illius & diuturnitatem & calamitatem deplorantes; addendo, etiamſi diffidentiæ vtrinque eſſent maximæ cauſæ; quod nihilominus res illis non videretur omninò deſperata: adhortantes dictum Ducem, vt de pacis mediis cogitare dignaretur. Hic, vt quid alii mente fouerent, exploraret, ab induciis initium faciendum; ſed ante omnia Prouincias illas, militibus Hiſpanis & cæteris peregrinis liberandas eſſe, di-

cebat, arcesque omnes, Belgarum Primoribus committendas; vtque vtriusque Belgii Ordinibus, Archiduces Albertus & Isabella, inducias ineundæ & seruandæ facultatem concederent, asseuerans, quod Galliarum & Nauarræ Regi gratum esset, si se huic rei gerendæ & promouendæ intermisceret. Archiduces, his intellectis, per dictum Comitem Soranum, duci Bouilioneo significari curant, se in ea & deditissimos esse, & agẽdi facultate instructos; petere, vt quæ cœpta fuerant, promouerentur. Verum, cùm Hispani cæterique peregrini, secundum ea quæ dicta fuerant, ex Belgio amandandi essent, noui contrà conscribebantur & adducebantur milites: quâ re à Bouillioneo intellectâ, se falsum esse sensit, pedéq; ex illo hiatu retrahere conatus est, non tamen ita, quin Romano-Hispanici eum Fœderatis Belgis, omnib: Ecclesiis reformatis Galliæ & Angliæ suspectum & exosum reddere, atque omnem eidem in posterum fidendi ansam præcidere conati fuerint. hac fraude & iniuriâ Ducis officium ingrati & perfidi illi compensantes.

15. Hoc nondum contenti Romano-Hispanici, aliâ facie Fœderatis per alios ex Imperio, finiendi belli Belgici modos

dos

dos oſtentari curant, non quidem expreſſo Hiſpanico mandato, ſed illis haud inſciis. Conditiones autem tales erant; vt nimirum Fœderati libertatem ſuam duab. aureorum millionibus ab Hiſpano & tota domo Auſtriaca in perpetuum redimerẽt; eo confecto, quod Hiſpani, cæterique peregrini, è Belgio concederent: quod Fœderati, ad maiorem promiſſorum ſecuritatem, limitaneas vrbes & caſtra, ſuis præſidiis firmare poſſent, quod Fœderati, inde, in tutelã Sacri Imperii reciperentur, ſicuti alii liberi Status, haberentq; & ſeſſionẽ & vocem deliberatiuam in Comitiis & Conuentibus Imperialibus: quod, ceſſante illo bello, Fœderatis ampliores ærarii ſui amplificãdi, affulgerẽt occaſiones, quo deinceps Hiſpanũ, ſi aliquid tentare vellet, tanto fortius repellere poſſent: quod tum Principes & Ordines Euangelici, citra vllũ neutralitatis pręiudicium, aut impedimẽtum, tanquã cum Statu libero, mutui auxilii fœdus inire poſſent: quod ꝑpetua illa à domo Auſtriaca, & Burgũdiaca ſeparatio, eoſdẽ habiles & capabiles redderet, ad validè cum quouis tractandum. Specioſi quidẽ hi articuli, & lõge certè faciliores, quã hactenus vlli vnq̃ ab Hiſpano oblati, ſed ob id inpri-

mis vel citra Hiſpanorum mandatum tantùm oſtentatos,&ideo nullius momenti eſſe, vel, ſi eo volente & requirente factum ſit, eas potius, ad alliciendos Fœderatos in fraudulosum aliquẽ tractatum, quàm quod ſyncerè pacta conuenta ſeruare Hiſpani cogitarent, oſtenſos fuiſſe apparet. Verum quis, cui perfidia Romano-Hiſpanica vllo modo nota eſt, Fœderatis, ſi tanta pecunia libertatem (quam etiam, ſine eiuſdem mercatione, Dei beneficio, & ſuâ virtute, nunc obtinent) redimerẽt, idoneè caueret, Hiſpanum, hæreticis, & rebellibus fidem ſeruaturũ, & illorum pecuniâ deinceps eoſdem, eâ ipsâ attenuatos, bello non repetiturum, militemve (vt Iohannes Auſtriacus fecit) contra tractatum publicum, in Belgium non reducturum, aut pace ſecuriores factos, licèt limitanea loca præſidiis ſint munita (vt Sabaudus, non ita pridem Geneuenſes aggreſſus eſt) ex inſidiis non adgreſſurum: cum pace Romano-Hiſpanica hoſtilitas inter Romano-Hiſpanicos & Euangelicos non extinguatur; cumq; etiam Hiſpaniæ Rex, Duces de Villerhomoſa & Marchionem Fontanum Hiſpanos &

dem Pontificios, qui non pro religione, ſed pro patria libertate tantum, cõtra vſurpationem tyrannidis in Arragoniæ Regno pugnauerunt, contra pacta conuenta, capitali ſupplicio affici curauit: Quam tutelam Fœderatis (quos *Caluinianos* nominant) nouis Imperii membris, adferrent Imperiales, cum Romano-Hiſpan. in eo, Lutheranos, antiquos Imperii populares, quibuſcunque artibus extirpare & opprimere conantur; imò Conſiliarius Cæſ. M. nuper admodum, ſcripto ſuo apud Archiducẽ *Matthiam*, pacem Regni Hungariæ Ordinibus procurantem, teſtatus eſt, *Caluinianos*, vt appellat, nulla Imperii pace comprehendi; quod & alii multi, ante illum, oſtendere conati ſunt: ad quid aliud illis in Imperio, ſeſſio & votum proderit, quàm vt votorum pluralitate eô cum cæteris abducantur, quô Rom. Hiſpanicorũ viribus hactenus impelli nequiuerat: quod etiam Fœderatis, ex tali redemptione ac pace, vtilitatis aliquid ad ærariũ accederet, extra omnem rationem eſt; imò maxima ærarii ſui pars deciderct, & ad Hiſpanum reuerteretur; neq; etiam aliter Hiſpanici hoc offerri cu-

M. T. Cicero Et verò in diſſenſione ciuili, *inquit*, cũ boni plus, quã multi valẽt, expendendos ab his non numerandos puto.

rarent. Quod præterea auxiliũ ab Im-
perio, illi nouitii & *Caluiniani* (quos
vocant) ex vlla cum eo vnione aut Fœ-
dere ſperare poſsēt, hoc Imperii Statu;
cum Rom. Hiſpanici, in eo toti ſint,
vt ipſos Auguſtanæ Confeſſionis ſo-
cios (quos *Lutheranos* vocant) vel dele-
ant, vel toto Imperio exigant; ſicuti iã
ex ſuperiore Auſtria, & aliis Regionib.
eos eiecerunt? abſurdũ quoq; eſſet di-
cere, quod talis ſeparatio eoſdem, ad
quosvis tractatus rehabilitaret, cum
illi ipſi, ſolum prętenſum hæreſeos cri-
men (quod in illis fraude tacendi omi-
ſerunt) eos omniũ cõuẽtionũ, tracta-
tuum, honorum, dignitatum & vtili-
tatum apud Romano-Hiſpanicos in-
habiles & incapabiles reddere, infinitis
ſcriptis ſuis teſtati ſint. Ex quo ſolo ap-
paret, etiamſi cæteræ omnes Romano-
Hiſpanicorum conditiones, & pacis
oblationes, ſyncero animo factæ eſ-
ſent, omnia tamen illa doli, fraudis, ca-
ptionis & inſidiarum pleniſſimâ eſ-
ſe, atque ideo eorum acceptionem, nõ
Fœderatis tantùm, ſed omnibus Euan-
gelicis pernoxiam fore.

16. Decimo ſexto Romano Hiſpanici
in nuperis quoq; anni 1603. Imperii

Comitiis per quoſdam egerunt, vt Fœderati, volentes nolentes ad pacem Romano-Hiſpanicam amplectendam cogerentur: aliam enim Hiſpanũ nolle, & non poſſe dare, etiamſi vellet, infra docebitur; adeò vt creditu non difficile ſit, quod illæ ſuprà proximè relatæ conditiones, ab Imperialibus in ſpeciem tantum indicatæ, & velut illectamentum, non autem ſeriò, oſtẽtatæ fuerint: quod etiam manifeſtiſſimum fit, ex illis conditionibus, quarum Chriſtianiſſimum maioris Britanniæ Regem, inter Hiſpanum & Fœderatos moderatorem futurum eſſe, editis libris falsò, & cum eiuſdem Regis opprobrio gloriati ſunt, interim dum illi ipſi Romano-Hiſpanici, iſti Regi, totique familię regię, Illuſtriſſimis vtriuſq; Religionis Regni Ordinibus, in compenſationẽ nauatæ ſibi ad pacem promouendam operæ, cuniculis ſub prætorio factis, & puluere tormẽtario repletis, crudeliſſ. mortem præparabãt.

In illis enim, quas per eundem Regem Romano-Hiſpanici oſtentare faciunt, longè alia conſectantur, quàm ea, quæ ex Imperii parte paulò antea ſuggeſta fuerant. Nam non

tantum nihil remittunt à rigore priorum tractatuum, & nominatim, ab instructione Regis Philippi II. Archiduci Alberto in Belgium venturo data, (quibus omnibus in totum, Pontificis & Regis Hiſpaniæ dominatum, iuxta tenorem pactorum Veruinienſium, apud Fœderatos redintegrari volunt) ſed ipſum Chriſtianiſſimum maioris Britanniæ Regem, fidei Chriſtianæ contra idololatriam Romano-Hiſpanicam propugnatorem ſuperſtitionis Romanæ & tyrannidis Hiſpanicæ promotorem fore, ad extenuādam apud cæteros Reges & Principes Euangelicos, optimi Principis laudatam fidem, & in ea, conſtantiam, editis † libris euulgant; vt vno eodemque ictu, & Regi illi optimam opinionem apud bonos minuant, eiſdemq; ſuſpectum, vel dubium reddant, & Fœderatis, interuentu authoritatis & potentiæ tanti Regis, metum ad talem pacem eô citius amplectendam, incutiant.

† *Mercurius Gallo-Belgicus.*

Quid hâc perfidiâ, Sacratiſſimi Imperii Ordines, impudentius, ingratius & intolerabilius, anne aliquis tam abiecti ſit animi, pietatis itē & virtutis ita oblit⁹, vt Rom. Hiſpanicis tā ſcelerato pretio operā ſuam accōmodare vellet?

Ta-

Talia cum non pudeat Romano-Hiſpanicos, propalam Fœderatis per eum Regẽ oſtentare, quid ipſi clam in eoſdem artib. pacis machinari metuẽt, quos ipſos ſibi hoſtes Turcis deteriores publicè edicere non erubeſcunt?

Verum cum illi Fœderatos pari prudentiâ & animorum fortitudine, etiam 17.
talib. ſuis machinationib. ſe opponere, & pacis Romano-Hiſpanicæ ſpẽ, præter expectationẽ ſuam, ex illa parte, itidem dilabi viderent; clancularijs iterum literis, per Ordines Belgii ſubacti, Fœderatos de pacis tractatione renouanda tentant, ſed fruſtra: quia neq; melior conditio, neq; maior ſecuritas offerretur.

Vnde iidẽ ad Cæſ. Ma^tem denuò re- 18.
uertuntur, eandemq;, vt pacẽ ſuã ex decreto Comitiorum anni 1603. quacũq; ratione promoueat, rogant; interim dum hic ipſe Albertus Dolæ in Burgundia & alibi Orthodoxos igne ferroq; perſequitur. Itaq; nuper iterum ad Fœderatos nomine S. C. Ma^tis in eundẽ finẽ miſſus *Maximilian. Gallus*, qui ſuperiore anno 16. die menſis Maii, ab Illuſtrib. Fœderatorum Ordinibus, nomine dictæ S. C. M. & ſacratiſſimi

Imperii, designationem loci & temporis, item liberum commeatũ, venturis ad pacẽ tractãdam Imperii legatis petiit; cui Fœderati responderunt; se Hispanorum Imperium in æternum, secundũ leges Belgicas, ante viginti quatuor annos, communi omnium Belgii Ordinũ decreto, vt suprà dictũ est, abiurasse: quod ab eo tẽpore Fœderatorũ Resp. à vicinis Regibus, Principibus & Ordinibus, pro libero Statu agnita fuit; nunc autem in præiudicium illius acquisitæ libertatis, cum nemine tractare posse, multo minus cũ Hispano, vel cum illis qui ab eo dependent; aliàs se paratissimos esse, vt cum S. Imperio de modis conseruãdæ suæ libertatis & Hispanicæ Monarchię nationisq; peregrinæ, tam à suis, quam ab Imperii finibus repellendæ, agant; rogare se, sacratiss. Imperii Ordines, vt pro consueta sua clemẽtia, eos ad alia adigere nolint; apparere enim interim, dum tam speciosis coloribus, apud Imperatorẽ, Imperii Electores, Principes & Status Romano-Hispanici moliuntur, eaq; tanto studio à quibusdã Electoribus & Principibus promouenda suscipitur, Rom. Hispanicos nihil à prio-

priore illo crudeliss. proposito recessisse, sed longè potentius semet aduersus Fœderatos aliosque Euangelicos armare, primò Classem in Hispania & Italia, sub belli Africani, aliisque prætextib. iterũ instruere, quâ se & Angliã cæteraque omnia septentrionis Regna, secura, si pacis artes inibi non succedant, ex improuiso aggrediantur, longèq; potentiorem ex Hispania, Italia, Gallia, Germania, quam vnquã antè (cum tamen tantã pecuniæ penuriã Hispanus antè perfido astu simulasset, vt ipsius negotiatores foro cedere coacti fuerint) exercitum ad Fœderatos terrâ mariq; longe crudelius oppugnandos, collectum esse, & indies colligi; proditiones in Regna, vrbes & castra, varias moliri, Iesuiticos proditores & sicarios contra Reges & Regna Angliæ, Daniæ, Swetiæ, Moscouiæ, item Illustrissimi Principis Mauritii necem summitti; eorum etiam quosdam inter reos iampridem habitos & confessos: se à Iesuitis & ipso Archiduce Alberto, ad id subornatos esse, & ob id legitimo iudicio condemnatos fuisse; in Styria, Carinthia, Croatia, Austria, Hũgaria, Bohe-

mia, Morauia, Silesia, Polonia, per totam Germaniam in Rhætia, Heluetia & Sabaudia, contra Remp. Geneuensem, ad euertendam veram pietatem, nihil ad propositi sui promotionem omitti; denique non pacem, sed bellum crudelissimum, sub dulci pacis nomine offerri.

Ex his, Sacratissimi Imperii Ordines, quæ vos ipsi oculis vestris contéplamini, luce meridianâ clarius vobis appâret, à Fœderatis non stare, quo minus à miserrimo & grauissimo illo bello, per veræ pacis restaurationem semel tandem liberentur. nihil enim illis optatius, lætius & gratius esse, coram Deo certissimo cordium inspectore, atque vniuerso mundo, testatò profitentur; quàm, vt diuturnum & tristissimum hoc bellum, tandem semel in Christianam, veram & lætam conuerteretur pacem, quâ Regnum Dei & vniuersi populi Belgici & vestra salus, promoueri & stabiliri, Hispanorum in veram pacem odium & calumniosæ erga Fœderatos artes, rescindi & penitus extingui possent.

Cæterùm Hispanum (quoscunque ille pacis in Belgio procurandæ arbi-

tros & moderatores, quoſcunque ille ſpecioſiſſimos colores, paci illi Romano-Hiſpanicæ promouendæ ſuperinducat) nihil aliud agere & quærere videtis, quàm, vt inprimis idoloatria Romana, abſoluta Inquiſitio & tyrannis Hiſpanica, miſera deniq; ſeruitus, (quam illi falsò, *pacem*, vocant) in vniuerſum orbem promoueantur. Quod & moribundus vltimo ſuo Elogio Philippus II. teſtatus eſt; ad quam abominationem & calamitatem propagandam & veſtra & aliorum * Regum & Principum, fide, operâ & interuentu, quam turpiſſimè, in veſtrûmmet ipſorum detrimentum, citra vllam veſtri reuerentiam aburi Romano-Hiſpanici conantur, vt ex conditionum pacis illius varietate, & ex perfidiſſimis illis, ſub illius tractationis machinationib. & proditionib. iam vobis nimis euidenter apparet; pacem enim illi in alios fines toties non offerunt, quàm vt ſpecioſis ſuis & fucatiſſimis oblationib. apud indigenas facem tumultuũ & ſeditionũ

Romano Hiſpanicorũ apud Fœderatos Belgas, in pace finis & fraudulētæ artes.

* *P. Matthæus Hiſtoriographus Galliarum Regis hoc ꝓbathiſce verbis* : Il proteſta touſiours, que ſes deſſeins, en la guerre, & ſes exercices, en la paix ne regardoyent, que l'auãcement, de la religion. que ſi le dict Prince, ſon fils, deuenoit hæretique, ou ſchiſmatique, il douroit, les fagotz pour le brusler. *quid itaq; Fœderatos cæteroſq; Euangelicos, ſi vel bello, vel pace in poteſtatem Philippi II. peruenirent, manere credendum eſt?*

accendant, eosq; in diuersas partes distractos, eò facilius opprimere possint; vestrûm deniq; odium in Fœderatos, quasi omnem pacem reiiciāt, magis ac magis excitent; & per vos, populares, socios, & fratres vestros, cum vestro interitu, funditus deleant. Quod præter superiora, ex illis videre est, quæ circa Comitia posteriora, atq; in illis ipsis à Rom. Hispanicis calumniosè, de non admissa per Fœderatos, sed reiecta Imperii legatione, cōtra actorū veritatem publicè sparsa & decantata sunt: cùm ipsi ea acta ꝑpterea, & ne fraus quorūdā palam fieret, cōtra decreti Comitiorum anni 1594. tenorem, fraude Rom. Hispanicorum edita non fuerunt: sed tamen, quotiescunque sacratissimo vestro Ordini visum fuerit, summâ cum fide & reuerentiâ, à Fœderatis exhiberi poterunt. Neque existimant Fœderati, Illustr. Dn. Comitē de Manderscheyd / & de Blanckenheym / & Dn. de Junckroht / Sacræ Cæs. Maiestatis Consiliarios, & Carolum Nutzelium de Sondersphühel / Regiæ Maiestatis Hungariæ in Camera Consiliarium, eiusdem S. Cæs. Maiestatis Legatos ea diffiteri ausuros, cum ex literis Cæsariis,

ariis, quas *Credentias* vocãt, ex ipsa il-
orũ propositione, cæterisq; actis eam
consecutis, & solidissimo plenoque il-
lustriũ Ordinum Fœderatorũ ad singu-
la petitionum Imperialium capita, re-
sponso, 2. Iunii 1602. reddito, euiden-
tissimè euincatur, eos honorificè exce-
ptos, auditos & dimissos fuisse. nam
quod Legatorum admissio, ad aliquot
menses dilata fuerit, non ob id factum
est, tanquam Fœderati vel legationem
vel ipsam pacis procurationem peni-
tus & indignè reiecerint; sed ne im-
prudenter & inconsultò eâ admissâ, in
periurii pœnam inciderent, & Remp.
suam eâdem temeritate euerterent;
quorum alterum, vt fieret, Romano-
Hispanici operam dabant; cum enim
non ignorarent ex fœdere cum Chri-
stianissimo Galliarum Rege & Sere-
nissima Angliæ Regina inito, Fœde-
ratis nullum pacis tractatum, illis in-
cõsultis & inuitis, permissum esse; cre-
debãt, si Fœderatos aliqua arte, ad sub-
itam legatorum admissionem S. Cæs.
Maiestatis & sacratiss. Imperii Ordinũ,
reuerẽtiâ impellere potuissent, ex duo-
bus alterum, inter cætera, necessario

Astutum cõsilium Legatorum Imperatoris ad Fœderatos irretiendos.

inde conſecuturum; vel vt eos, ſi Regibus fœderatis inconſultis, quid agant, in perfidiæ crimen, & ita in illorum Regum iuſtiſſimum ſe præcipitarent odium; vel, ſi Legatos non admitterent, velut Ma^{tem} Imperii ſpernentes, odium dictæ Cæſareæ Maieſtatis & ſacratiſſimorum Imperii Ordinum, in ſe concitarent. videte, quæſo, æquiſſimi Imperii Ordines, quibus technis, quibus verſutiis, doliſque, Hiſpanici Fœderatos circumuenire, quibus denique calumniis eoſdem grauare conantur? Quid ad hoc Fœderati? Periurii crimen celatum, Deum habet vltorem ſeueriſſimum; manifeſtum verò, quale illud futurum erat, ſi temerè & imprudenti reuerentiâ legationem illam confeſtim admiſiſſent, & Deus & duo potentiſſimi Reges vicini, abſque dubio vindicaſſent. Chriſti itaq; & mandatum & exemplum ſecuti Fœderati, periurii crimen, apud illos Reges, fidei obſeruantiâ declinauerunt, Dei & Regum illorum fauore ſaluo, & S. Cæſ. M^{atis} Sacratiſſimorumque Imperii Ordinum petitioni, ita ſatisfecerunt, vt ipſos Romano-Hiſpanicos, conſcientiâ ſuâ, per reſponſi æquitatem

Illuſtrium Ordinum Fœderatorũ aduerſus illas artes Romano-Hiſpanicas religioſum & prudentiſſimum conſilium.

tem

rem & iustitiam victos, respõsum illud vobis sacratissimi Imperii Ordines secundũ suprad. vestri decreti tenorẽ exhibere puduerit; Fœderatosq; in ei⁹ vicẽ, cũ se expectatione excidisse, nec aliter ipsis nocere posse viderent, impudentissimis & falsissimis calumniis, tãquam Legatos vestros spreuissent & violâssent, aggressi sunt. Sed missas faciã detestãdas illas, nefarias & Christianis indignas technas & calũnias, Dei & vestræ iustissimæ vindictæ eas puniendas relinquens. Quod, si vos, quib. Dei in Pharisæos & Scribas eorumque seditiosos asseclas, viros illos sanguinum (iudicia seuerissima notissima sunt) illi fallant, vestrisque iudiciis se subducant: eos tamen æstuantis iræ Diuinæ pœna, licèt lenta forte, tamen & certissima & seuerissima tandẽ manebit.

Verùm, vt tandem semel sacratissimi Imperii Ordines, fraudes Hispanicorum in pacis suæ ostentatione vobis pro merito & subiecti dignitate ob oculos ponantur, ex rerum causis Fœderati vobis, si placet, manifestissimè demonstrabunt: Hispanum, etiamsi, quam flagrantissimè pacem pe- *Hispanum pacem verã Fœderatis nec velle, nec posse dare probatur.*

Vide ꝯ impedimentū secundum. tere videatur, nunquā tamen eam hactenus voluisse, nec etiam nunc velle; ac si eam seriò vellet, non tamen dare posse. Pacis Christianæ impedimenta in Fœderatis nulla, omnia in ipsis & solis Romano-Hispanicis, siue remipsam pacis, siue personam Hispani aut Hispanicorū, siue etiam qualitates Fœderatis per Romano-Hispanicos attributas, siue scopum seu finem pacis ab illis oblatæ intueri velitis.

Vera & falsa pacis distinctiones. Ad quæ omnia dilucidius explicanda, necessariò in primis pacis nomē, & res, ex obscuro in mediam lucem producenda sunt. de pacis enim tractatu oblato, vel reiecto disputare, priusquā quid pacis nomine vel re, Hispanus complectatur, absurdissimum esse, ipsi agnoscitis.

Reges Syriæ, Antiochus, Demetrius & alii, Iudā frequentibus pacis artib. verbisq; pacificis in dolo adgressi sunt; Sacerdotes quoque de semine Aaron, vt tali sanctitatis pallio, decipiendi propositum tegerent, summiserunt, qui *verba quidem pacifica loquebantur & iurabant, illis dicētes; Non inferemus vobis malum, neq; amicis vestris*, interim credulos Israelitas, sua die cōprehēsos, tantâ strage multi eorum occiderunt,

vt car-

vt carnes ſanctorum Dei & ſanguis ipſorum effuſus & ſparſus in circuitu Ieruſalem videretur, & non eßent, qui ſepelirent, ſecundum verbum, quod ſcriptũ eſt: *non etiam veritas & iudicium in talibus eſt, qui transgrediuntur constitutum & iuſiurandum quod iurarunt*.

Machab. 1. & 7. Pſal. 78. 2

Vera quoque & Chriſtiana pax & Inquiſitio dominatioque Romano-Hiſpanica, ſunt res inter ſe ex diametro pugnantes: niſi quis forte ita fuerit infatuatus, atq; inſenſatus, vt præteritorum penitus oblitus, lupum animum cum pilis mutaſſe putet, Sedisque Romanæ perfidiam, tyrannidem, " & Inquiſitionem Hiſpanicam, concilii Tridentini impietatem, Ieſuitarum " in Reges, Principes, & quoſuis Ordines nefanda ſcelera, velut verę pacis opera probare atque accipere vellet. "

Illam demum veram & Chriſtianam pacem eſſe ſcitis, quâ pietas, & iuſtitia, ex præſcripto legum diuinarum & humanarum, & conſequenter Reipub. Chriſtianæ incolumitas, animi & corporis tranquillitas, & felicitas, omniſque proſperitas, & rerum optimarum vbertas, reſtituuntur: contraria verò, impietas nimirum, iniuſtitia,

Eſdras c. 7. Verſ. 26.

violentia, Reip. Christianæ euersio, infelicitas, aduersitas, depellantur: illa denique omnium malorum & calamitatum scaturigo occluditur: ex pietatis enim & iustitiæ restauratione, pacem Deo gratam, & populo salutarem, Deique benedictione cumulatam parari; è cõtra ex idololatriæ & iniustitiæ admissione, omne maledictionis, & calamitatis genus prouenire, vti abundè satis ẽ demonstratũ, minimè dubitandum est. pacis itaque nomen apud sapientes, semper dulce & sacratissimum esse debet, quoties vera pietas per illam propagatur; vbi vero idololatria & iniustitia & violentia, nõ potest iisdẽ non esse & calamitosissima & luctuosissima simul.

Falsæ pacis & eiusdem proxenetarũ & conciliatorũ incommoda & maledictiones ac pœnæ Diuinæ & humanæ.

Circumforaneorum est, ęgrotis aut male affectis corporibus, speciosis remediis dolorem paululum subleuare: sed recidiua (quæ ipso morbo multo nocentior & periculosior esse solet) fraudem illorum tandẽ reuelat: at periti & fidi medici, per euacuationem causarum, corporibus pristinam & firmam valetudinem restituere satagunt. *Falsi Prophetæ, concipiunt laborem, & pariunt iniquitatem, pedes eorum ad ma-*

lum

lum currunt & festinant, vt effundant sanguinem innoxium, cogitationes eorũ, cogitationes iniquæ, vastitas & contritio in viis eorum, viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum; semitæ eorum incuruatæ sunt eis, quisquis incedit per aliquam earum, expers est pacis. Quare etiam Psalmista precatur Deum, *ne trahat eum penes operarios iniquitatis, loquentes pacem cum proximis suis, malitia obtinente in animo illorum,* quos idem ante *viros sanguinarios* appellauerat, & vt Ieremias inquit, *Curabant contritionem filiæ populi mei, cum ignominia, dicentes pax, pax, & non erat pax;* de hisce falsis pacificatoribus, idem Propheta, dicit paulò post. *A. a. a. Domine Deus, Prophetæ dicunt, non videbitis gladium, & fames non erit in vobis; sed* PACEM VERAM *dabit vobis in loco isto. Et dixit Dominus ad me, falsi Prophetæ vaticinantur in nomine meo, non misi eos, & non præcepi eis, neq; locutus sum ad eos; visionem mendacem, & diuinationem fraudulentam, & seductionem cordis sui prophetant vobis. Idcirco hæc dicit Dominus Deus; Prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes, Gladius & fames non erit in terra*

Isaias 59. v. 7. D. Paul. ad Roman. cap. 3. vers. 15. 16. 17.

28. v. 3.

26. versu 9. cap. 6. versu 14. cap. 2. v. 8. 12. cap. 14. versu 13. 14. 15. 16. 17.

hac; in gladio & fame consumentur prophetæ illi, & populi, quibus prophetant erunt proiecti in viis Ierusalem, præ fame & gladio, & non erit qui sepeliat eos; ipsi & vxores eorum, filii & filii eorum, & effundam super eos malum suum. Micheas Propheta reprehendens falsos Prophetas, qui Reges & Principes populi Dei, sub specie pacis ad idololatriam & Gentiũ impietatem seducebant, illis maledicit, his verbis: *Qui mordent dentibus & prædicant pacem; & si quis non dederit in ore eorum quidpiam, sanctificant super eum prælium.*

Ezechiel ignauos & perfidos illos falsæ, fucatæ, & dolosæ pacis proxenetas, insidis, & nequam structoribus inter se colludentibus comparat, qui nõ ex solido lapide & cæmento, ædes extruũt, sed luteos parietes cõglutinant, quos deinde specioso tectorio obducunt; vt enim vtilitatis suæ causa, tectoriis suis, turpissimè & periculosissimè ædium Dominis imponunt; sic falsi isti pacis insidiosæ & perfidæ procuratores, dum populo, auaritiâ, ambitione, aut voluptate propriâ ducti, speciose quietis puluillos consuunt, & supponunt,

nunt, eundem & totam Dei Ecclesiam (quam omni conatu aduersus arcanas Sathanæ fraudes & irruptiones tueri debebāt) in errores grauissimos, maximasque miserias & calamitates, secum abducunt; quare etiam fraudium & mandaciorum osor & vltor Deus, earundem architectos & proxenetas, ipsumq; populum, istiusmodi deceptoribus fidem adhibentem, summas miserias & ipsum occasum, quem aliis parauerant, manere dicit, his verbis: *Destruam* inquit, *parietem quem obduxeritis inepto tectorio; prosternam eum in terram; adeo, vt retegatur fundamētum eius, eoq; irruēte, consumemini in medio eius; vt experiamini me esse Iehouā; Sic, vbi cōsumauero excandescentiā meam, in parietē istum, & in eos qui obducunt illum, inepto tectorio, dicam de vobis; minimè est paries eius, & minimè qui obducebāt illum.* eius rei exempla funestissima & horrenda, sacra & prophana historia, imò res, vestrâ memoriâ gestæ, vobis ostendunt & inprimis Laniena Parisiēsis, anno 1572. patrata; in qua, & Admirallius, Thelygnius, aliiq; omnis dignitatis, ob nimiam credulitatē calamitosissimè cæsi & dilaniati fuerunt;

Quare Diuus Paulus, singulari spiritus sancti afflatu falsæ pacis proxenetis iustum Dei iudicium comminatur, his verbis: *Quum dixerint quod est pax, & tranquillitas, tunc derepente surget contra eos interitus, sicuti dolor partus mulieri prægnanti, & nequaquam effugient*; vnde quoque idem ille Gentium doctor cohortatur Galatas, vt sibi caueant ab irreptitiis & falsis fratribus, *qui irrepebant ad explorandum nostram libertatem*, inquit, *quam in Christo Iesu habemus, vt nos in seruitutem adigerent, quibus ne ad momentum quidem nos subiiciendo cessimus; vt veritas Euangelii permaneret apud vos.* Videtis itaque, Sacratissimi Imperii Ordines, non solum populi, cui pax offertur, sed ipsorum pacificatorum maximi interesse, vt inter piam & impiam, veram & falsam atque insidiosam pacem, exactè distinguant, si pacis bonis & felicitate frui, & fraudis incommoda & pœnas grauissimas tam temporales, quam æternas declinare velint; videtis item pacis (quam etiam falsi Prophetæ veram indigitant) nomine, non felicitatem & tranquillitatem, quæ Deo grata, & hominibus iucunda est, contineri; sed sub ea summas calamitates, incendia,

Sic pacis illius sanguinariæ authores, paulo post sibi inuicem tantæ & tã horrẽdæ perfidiæ manus intulerunt, & crudelitatis suæ iustissimo Dei iudicio pœnas reddiderunt.

cendia, rapinas, lanienas, famem & luctum latere, vnde etiam vulgo dicitur, *pace sommuriam*, i. à Sede meretricia per Pontificem conceptam, eiusque legatis, nunciis, & monachis obstetricantibus progenitam, non nisi escam esse ad idololatriam promouendam, & disciplinam Christianam, imo ipsam Dei Ecclesiam, ac libertatē publicam euertendam, tandemq; funditus delēdam: in summa, non nisi sanguinis innoxii profusionē & longe crudelius bellum parere solere; vnicū super alia omnia piis & prudentibus quibusdam mirum videtur; quod inter Reges, Principes, & Ordines Euangelicos, nonnulli reperiantur, qui præteritorum obliti, eiusdem periculi sociis, pacem cum communi hoste consulunt, vincula tyrannidis Romano-Hispanicæ ita soluere cupientes; cum & sibi & illis longè salutarius esset, vt inter se pacem & fœdus Christianum, Pōtificiorum exemplum sequētes, ante omnia inirent. Quis enim ita mentis est expers, qui existimet, si Belgæ Fœderati vel bello vel pace superati essent, Hispanos ad alios hæreticos extirpandos, non properaturos? aut cruentas manus vlterius extensuros?

Pacis inter Hispanũ & Fœderatos ineundæ impedimentum primum, cõtinuatio & incremẽtum superstitionis & tyrannidis Romano-Hispanicæ.

Etsi autẽ ex variis supra relatis, cum Romano-Hispanicis pacis tractatibus, euidentissimè colligi possit, Hispanum pacis suæ nomine, nihil aliud cõplecti, quã, vt in primis hinc idololatria, Inqsitio, & tyrannis Rom. per fœderatas Prouincias Pontifici, & S. Romanę, inde verò Regi Hispanię absoluta dominandi libido & monarchię suæ apud alios propagãdæ oportunitas restituantur; Illud tamẽ pacis & Inquisit. Hispanicę legib. quæ in primæ calumniæ dilutione, velut huius nouæ tyrãnidis leges fundamẽtales, allegatę sunt, lõgè fit manifestius; illis.n. imprimis interuertitur Relig. Christianę puritas; idololatriâ, quâ ęstus irę Dei zelotis in populũ exasperatur, in eius locum surrogatâ: præterea per seditiones & rebelliones, fraude Inquisitorum suscitatas, perq; commerciorum, iurium, & libertatum ciuilium suppressionem, & populi & Reip. exspoliationẽ & euersionem, tota eius salus & tranquillitas subruitur: ipsi deniq; Reges & Principes Regnis & Principatib. suis exuuntur, cæteriq; minores Principes, Comites & alii crudelissimè ab ipsis carnificibus occidũtur: Belgium in summa in Prouinciam, velut bello ab Hispanis subactam, illis pacis legibus reducitur. hoccine vos

pacem

pacẽ, an bellum appellaueritis? talemne ab vllo Imperatore, pacem, talem, inquam, seruitutẽ, viuis vobis & valẽtib. obtrudi pateremini? hæc omnia & multo duriora cum ipsi vos, legib. illis cõprehendi videatis, nec hilũ quidẽ Hispaniæ Regis pacificatores, hactenus de S. Romanæ eminentia, & absolutæ dominationis seu inquisitionis Hispanicæ rigore remittere voluisse, exempla tractatuum superiorũ ostendãt; imo ex recentib. & cotidianis martyrum exemplis, tyrannidis & Inquisitionis Romano-Hisp. per Italiam, Burgundiã & Belgium subactũ, continuationem cõpertã habeatis: ex pacis oblatæ natura, factisq; crudelitatẽ illam re ipsa ostendentib. non verã pacẽ, sed crudeliss. seruitutẽ & cruentiss. bellum offerri, & tali pace ipsũ bellũ multò tolerabilius esse, facilè ipsi agnoscitis.

Quam enim vtilitatem Reip. adferre potest talis pax, quâ purus Dei cultus nõ inquinatur tantũ, sed euertitur, quâ pii & Orthodoxi * viui sepeliũtur, quâ ipsi catholici propter malè à se defensam tantùm legitimi Principis & Senatus in Republ. catholica Romana, legitimã, contra vsurpationes pontificias autoritatem, indictâ causâ, absentes condẽnantur & comburuntur:

** Virgo orthodoxa Brussellis initio Imperii Alberti viua sepulta.*

quâ Bibliorum ſacrorũ diſtributores & emptores cruci affiguntur, vel exilio ſalutem quærere coguntur, (ſicuti nuper in Francico Burgundiæ Comitatu factum eſt) quâ Reip. tranquillitas & felicitas non turbatur tantùm, ſed ipſa Reſpub. ſubuertitur, & peſſum datur? Quis ergo vnquam, ſuæ ſalutis ita erit, oblitus, vt complacendo hominibus, æſtum iræ Altiſſimi, in ſe ſuosq; exaſperare velit; cum (vt S. literæ teſtantur) pax cum impiis nulla ſit? anne vllus verus Chriſtianus, tam blaſphemam & impiam pacem Fœderatis cũ Hiſpano, ſaluâ, vel charitate vel humanitate tãtum, ſuadere poſſet? cùm Deus, inimicitias implacabiles atq; immortales inter verum Dei cultum, & falſum conſtituit; odium illud pro magno ſacrificio reputans, quo idololatras, periuros, viros ſanguinarios, & falſos Prophetas perſequimur. Dauid Propheta, inquit,* *Nonne qui oderũt te, Domine, oderã; & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? perfecto odio, oderam illos & inimici facti ſunt mihi.* Inde eſt, quod omni conatu laborant Fœderati, vt Hiſpanos, Italos alioſque peregrinos idololatras & tanquam hoſtes Dei & Eccleſiæ, à patria ſua ſicarios arceãt; nõ qa priuati illorũ, ſed quia Dei hoſtes ſunt publici.

Frater Paulus Seruita Venetus cum duobus aliis, legitimũ ſuum magiſtratum, eiuſdem iuſſu, in legitima & iuſtiſſima cauſa, ex iure diuino & humano imo & canonico cõtra iniuſtã & impiam Romani Pontificis tyrannidem ſcriptis propugnans abſens, imaginariè combuſtus eſt.

** Pſalm. 139.*

quomodo autem fieri poteſt; vt cum iis, qui Deo tantâ rebellione & obſtinatione repugnent, veri Chriſtiani pacem habere poſſint? *Benedictus ſit Iehoua*, inquit Pſalmiſta, *rupes mea, qui docet manus meas ad prælium, digitos meos ad bellum.* nonne pax ipſa, Chriſtus, dicit; non veni pacem mittere, ſed gladium. Quare pax gladiũ, quare pax bellum indicit? nimirum, vt deſtruatur pax Diaboli; habet enim & Diabolus pacem ſuam, de qua Dominus dicit: *Cum fortis armatus custodit atrium ſuum, in pace ſunt ea, quæ poſſidet.* Videtis, quam potenter Hiſpanus hoc tempore in ditionibus ſuis, nouas idololatriæ ſpecies, & horrendã illam inquiſitionem armis tueatur? ſcutoq; falſitatis, & galeâ perfidiæ protectus; nulla veritatis iacula, nulla fidei ſpicula, nulla legum vincula admittit? An non ergo Romano-Hiſpanici iure, impeditæ pacis culpari poſſint, cum pacem diaboli & quæ quouis bello durior & crudelior eſt, offerũt? & ipſi Fœderati laudandi, qui eam deteſtẽtur; quã ipſa veritas flendo ſuper Ieruſalẽ reprobauit? annõ ſanctius & laudabilius Fœderatis ſit, causã Dei & Populi, contra Idololatriã atque tyrannidẽ peregrinã defendere,

quam eisdem se ignauè summittendo, Dei zelotis, retributoris & vltoris, atque etiam hominum simul indignationem in se prouocare?

Solam itaque Romano-Hispanicorũ, qui Fœderatos reiectæ pacis accusant, malitiam, inque idololatria & tyrannide obstinationem, in causa esse, quo minus durissimum illud & diuturnum bellum, in iucundissimam pacem conuertatur, manifestò constat. Primum ergò impedimentum pacis est, non in defensione vel repugnantia Fœderatorum, sed in offensionis, oppugnationis, & tyrannidis Hispanorum continuatione; ex quâ indubitatum belli perpetui in his desiderium colligitur; licèt illud ardentissimo simulatæ & insidiosæ pacis studio velare, sed frustrà, conentur. Quare à talis pacis & ꝓcuratione & receptione, omnes Christiani, siue Principes, siue populi, sibi nõ tãtum propter pœnam, q̃ Deus vtrisq; per Prophetas & Apostolos, vt supra dictum est, minatur, sed imprimis pietatis, virtutis & patriæ & posteritatis suæ amore, quã diligentissimè cauere, atque in eo potius totis viribus incumbere debent, vt expurgatâ idololatricâ illa, & sangui-

guinaria inquisitione, verus Dei cultus, secundum purum zelotis verbum, restituatur, & pace illa Romano-Hispanicâ, velut p̄cipua Regū, Principū & Ordinum Regni Ma[tis] & dignitatis eorum euertrice, expulsâ, Deo, Regib. Principibus & Magistratibus, verus & debitus honor redintegretur, cum Deus exercituum grauiter & obiurget, & puniat eos, qui non adscendunt ex aduerso, neq; opponunt murum pro domo Israel, neq; steterunt in prælio, cum fratribus, in die Domini. nullos Imperii Ordines cordatos adeò pietatis & virtutis oblitos esse credunt Fœderati, qui Christianis pacem cum Turcis suaserint, quâ impiæ Mahometismi & tyrannidis Turcicæ leges, per Imperium promouerentur. Cur itaq; pacem, quâ Inquisitio & tyrannis Hispanica in vniuersos Christianos propagaretur, extirpatâ per omne cruciatus gen9, & vera religione, & libertate, Fœderatis suaserint? cum hæc illam longè superet, & omnes Christianos igne, ferroque funditus deleat, vbi Mahometismus tantum decimū Christianorum seruituti suæ vindicet; vti supra in secunda Defensione abundè probatum est.

Impedimentum secundũ, lex fundamentalis Regni Hispanici; declarationes & iuramẽta Regum Hispaniæ & Archiducũ Alberti & Isabellæ.

Secundum veræ pacis impedimentũ est, in ipsa persona Regũ Hispaniæ & Archiducum, *Alberti* nimirum & *Claræ Eugeniæ*; cũ enim illi se, Pontificios Rom. profiteantur, multoties Sedi Romanæ & Inquisitioni Hispanicæ, imò, vniuerso orbi testatò edixerint; se malle Reges & Principes, sine Regno & Principatu esse, quam *hæreticos*, (ita enim ipsi hæresiarchæ Christianos & Orthodoxos appellant) in iisdem tolerare, si extirpare illos possint: Religionis & hæreseos definitione secundum legem æternam non inquisitâ, sed idololatriâ Gentilo-Iudaica; ex præiudiciis humanis contra veritatem æternã & incorruptibilem, pro veritate receptâ? Ex quibus vt & proximè antecedentibus, videtis eos Fœderatis aduersariis suis, non tantum pacem dare nolle, sed ne vitæ quidem, aut patriæ suæ, vsuram. Imò, quod multo deplorabilius est, nouæ Babyloniæ Reges & Inquisitores Hispaniæ, tantam in Reges Hispaniæ & Archiduces dominationẽ vsurparunt, vt etiamsi hi vellent, veram & Christianam pacem Fœderatis dare, vel minimum tantum fauorem, iisdem vltrò & re ipsa ostendere, aut

aut in ditionibus ſuis hæreticos tolerare, ſub pœna excommunicationis, Regnique & Principatus amiſſione prohibentur. Patet hoc inter cætera, ex decreto Concilii Toletani ſexti, cap. tertio, quo Regno Hiſpaniæ lex fundamentalis ponitur; quod, *Rex nullum non Catholicum in Regnis ſuis tolerare debet.* quibus verbis Sedes Romana & Inquiſitio Hiſpanica complectuntur, omnes eos, qui non omninò & in omnibus adſtipulantur Concilio Tridentino, cæteriſque Eccleſiæ Rom. traditionibus, & tyrannicis præceptis, qui hæreticis in minimo fauent, aut eoſdem non delent, aut delere iuuant. quod & ipſe Henricus IV. Galliæ & Nauarræ Rex, Duci Niuernenſi cum illum Romam ad obedientiam Pontifici præſtandam ablegauit, eidem repræſentandum mandauit, his verbis: *Quandoquidem*, inquit, *ſecundum Inquiſitionis formulam, quàm eo Concilio introducere conantur, nulla hominũ actio, ita ſancta eſt, quàm illi, qui eum enſem manutenent, non dicant eſſe crimen hæreſeos, quotieſcunq; volent.* Cum itaq; inter multos alios, etiam Fœderatos, hæreticos & maximos quidem eſ-

ſe dicant, ſe illos in Principatibus ſuis (ad quos crudeliſſimam legem Romano-Hiſp, violenter extenderunt) nullo modo tolerare aut velle, aut poſſe; verba illius decreti hęc ſũt: *Vt quiſquis ſuccedentium temporum Regni ſortiretur apicem, non antè conſcenderet regiã Sedem, quam inter reliqua conditionum ſacramenta, polliceretur, nullum ſe non Catholicum permiſſurũ in regno ſuo degere: ſi verò poſtquã ad Regni gubernacula acceſſiſſet, huius ipſe temerator exiſteret promiſſi, eſſet anathema Maranatha, in conſpectu ſempiterni Dei, & pabulum efficeretur ignis æterni.*

constet

Quod autem Hiſpani ſuperiora ita interpretentur, patet ex ſupradicto reſponſo *Philippi II. Hiſpaniarum Regis* ad *Maximiliani II. Imper.* & Sereniſſimorum Imperii Ordinum Legatum, *Archiducem Carolum*, qui pro moderatiore Belgarum regimine, ad illũ miſſus erat; cuius verba hæc ſunt: *Electores & cæteros Imperii Principes falli; ſi crederent Flandriam & cæteras Prouincias ſibi ſubiectas, habere aliquid commune cum Imperio,* &c. ad finem addit; *& omnia illa, quæ ſcrupulum aliquem hac in parte mouere poſſet, ceſſare,*

reſpe-

respectu Religionis; cui omnino & sine omni exceptione vellet adhærere omnes suos subditos, præcipuè verò Belgas: quòd maiore amore prosequeretur has Prouincias, tanquam res proprias, quam Imperator; addens: *se tamen ipsi gratias agere, pro animo beneuolo, quem ostendebat, & se in omnibus aliis rebus libenter illis ignoscere, solo Religionis negotio excepto, in quo certum esset, nemini omnino veniam dari.* ex quo tam solemni responso solo, si superiora omnia deessent, affatim appareret, Hispaniæ Reges, neq; velle, neq; posse Fœderatis aliã quam Romano-Hispanicã pacẽ dare. Quod & iterato eiusdem Regis respõso confirmatur, nimirũ eo quod serenissimi Daniæ, Norvvegiæ, &c. Regis legato quem pacis cum Fœderatis tentandæ causa anno 1586. mense Maio, ad illum miserat, reddidit, quod tale est: *se libertatem Religionis reformatæ Fœderatis inferioris Germaniæ prouinciis nullo modo indulgere velle.*

Sic videtis Principes Austriacos, in terris suis hæreditariis nullum alium religionis cultum tolerare velle, quam Romanum.



Cui tamẽ rei clarius cõfirmandæ, nõ parum facit, quòd Hispaniæ Reges, vt propugnatores authoritatis Pontifi-

Vide admonitionẽ Germanicam Electoribus, Principibus, & ordinibus Imperii anno 1589. exhibitã, fol. 40. 6.

ciæ & Sedis ac ſuperſtitionis Romanæ,
ſingulari ſacramento, ad omnimodam
Sedi obedientiam præſtandam, & ſu-
perſtitionem Romanam, longè lateq
propagandam, & hæreticos (quales ill
Fœderatos habent) radicitus extirpā-
dos, obſtricti ſint.

Præterea, quod tale Hiſpani & Hi-
ſpanici Concilii decretum, non mo-
mentaneum, ſed æternum ſit, nec ha-
ctenus immutatum, patet quoque e
eiuſdem Regis inſtructione, Archidu-
ci Alberto, quondam Cardinali, de pa-
ce cum Rege Galliarum acturo, ex Hi-
ſpania ad illum tranſmiſſa, & per An-
glos intercepta; cuius verba talia ſunt
Quod rebelles ſui in illa pacis tractation
non debebant comprehendi, niſi eâ lege
quod vbiq; reciperetur Catholica Ro-
mana religio, & Superioritas & authori-
tas Regis reſtitueretur. quam conditio-
nem etiam velut primariam, in illa Bel-
gicarum Prouinciarum translatione
qualiſcunque illa ſit, Archiducem Al-
bertum, tanquam fundamentum il-
lius, iurare oportuit, in hæc verba: *Eg*
iuro ad Sta Euangelia, quod ſemper &
ad extremum vitæ meæ Spiritum ſacro
ſanctam fidem Catholicam, quam tene
doce

docet & prædicat Sta Catholica & Apostolica Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum mater & magistra, constanter profitebor, & fideliter firmiterq; credam, & veraciter tenebo, atq; eã à meis subditis teneri, doceri, prædicari, quantũ in me erit, curabo. sic me Deus adiuuet & hæc S. Euangelia. Deniq; vt nequid ex ea sententia mutatum esse, posteritati cõstaret, Philippus II. suprema volũtatis suæ declaratione moriturus Philippo III. filio suo præcepit, *ne vnquam ab Ecclesiæ Romanæ obedientia deuiaret; & belli pacisq; artibus, quoad posset, hæreticos deleret.* In quem finem quoq; Dux de Feria Philippi III. Hispaniarũ Regis per Siciliam Vicarius, Rom. ablegatus, ad obedientiã talem Pontifici præstãdã, ~~qualẽ~~ qualẽ ante hac pater illius eidem prestiterat: mãdataq; Pontificis & Sedis recipiat, ad altissimas, sanctissimasq; vtriusq; destinationes contra hæreticos exequendas.

Petr. Matthæus Historiographus Galliarũ Regis, lib. 1. Historiæ pacis. Pet. Vict. Caierus Histor. pacis lib. 1.

Apparet itaque manifestissimè, cum Hispani de pace cum Reformatis & Euangelicis se agere simulant, iura Dei euertere statuisse, vt Inquisitionis Romano-Hispanicæ barbariem propagent, eosq; nihil aliud tentare,

quàm; vt ſub prætextu perfidæ fidei Romanę, tyrannidem ſuam in vniuerſum orbẽ promouere poſſint; & alterâ panem, alterâ verò manu lapidẽ offerãt. Anne vafri iſti Hiſpani, Fœderatos ita fatuos & craſſos eſſe credant, vt ſui ſuorumq; extirpationem pacem, & cõtrà neceſſariam ſuam defenſionem eiuſmodi pace non longe tutiorẽ, iuſtiorem, meliorem, & tolerabiliorem, eſſe exiſtiment? Nã quod illa iuramenta Reges Hiſpaniæ Sedi Rom. tantũ in ſpecie, prętent, quis ita amẽs fuerit, qui exiſtimet eosdem, Pontifici periuriis imponere velle, vt Orthodoxis & Euangelicis datam fidem ſeruent?

Tertium pacis impedimentum, hæreſeos crimen falsò & iniuriâ Fœderatis, per Romano-Hiſpanicos affictum.

Lucæ 23. & Actorum.

Tertium quoque impedimentum à parte Regis Hiſpaniæ eſt: nimirum, quod Fœderatos, nulla illorũ culpa, nõ ex lege Dei, aut doctrina Chriſti, & Apoſtolorum conuictos, ſed (vt Phariſęi & Scribæ Chriſtum & Apoſtolos condemnarunt) ex hominũ hæreticorum opinionibus & contradictoriis traditionibus, ſummâ iniuriâ & falsò, pro hæreticis habet; cùm, vt ſuprâ probatum eſt, ipſe cum ſuis in præcipuis Catholicæ & Apoſtolicæ doctrinę capitibus, pro ſummo hæretico, optimo iure haberi poſſit & debeat. Ex qua impia, peruer-

peruerſa & improba Romano-Hiſpanicorum opinione (quia ex idololatria & ſuperſtitione Gẽtili-Iudaica, & ſua ignorantia & peruicatia principiũ capit) conſequitur, cùm hæreticis iuxta tyrannica decreta Conciliorum Lateranenſis, Conſtantienſis & Tridentini, fides, quæ omniũ contractuum fundamentum eſt, ſeruanda non ſit, Fœderatos, vt Hęreticos, Rom. Hiſpanicorũ tyrannide, omniũ tractatuum ſiue publicorũ, ſiue priuatorum, incapaces & inhabiles fieri: annon itaq; ſacratiſſimi Imperii Ordines, iniuriâ Fœderatos omnẽ tractatum pacis ſuperbè reiicere, vobis perſuadere conantur, quibus nulla ab ipſis habilitas & capacitas, ad vllum tractatum, aut actum publicũ relicta eſt? tollere itaque prius, pari vel meliore ſolemnitate, illud impedimentum Romano-Hiſpanicos oporteret, quam iſtiuſmodi falſis criminationibus, Rempublicam Chriſtianam & iuſtiſſiimis legibus firmatam, apud vos, cæteroſque Reges & Principes culpare.

Ad hæc, ſi Pontificium illud, aut Romano-Hiſpanicum principium verum ſit: nimirum *hæreticis fidem ſeruandam non eſſe*, annon & ipſi *Ro-*

mano-Hiſpanici, eodem principio, omnium tractatuum incapaces & inhabiles, iure à Fœderatis haberi poſſint? cùm, vt ſuprà abundè probatũ eſt, hæretici ſint: quo tamen caſu Fœderati mallent cum illis, tanquam inidoneis nullum tractatũ celebrare, quam illorum perfidum exemplũ ſequendo, fidem datã tam improbè & ſceleratè, vt Hiſpanici, violare; cùm & ipſi Ieſuitæ, Romanæ-Hiſpanicæ dominationis propagatores, doceant, potius cum Ethnicis & Gẽtilib. quã cum hæreticis, pacem contrahendam eſſe. & nominatim [redacted] Frãciſcus de Verona Conſtãtinus in apologia pro Ioanne Caſtello Pariſienſi, mortis ſupplicio affecto, & pro ſcholaribus ſocietatis Ieſu proſcriptis ex Regno Galliæ, contra arreſtum Parlamenti, datum contra eos 29. Decemb. 1594. parte quintâ, c. 13. vbi exhortatur Romano-Hiſpanicos, ad exterminandum hoſtes Dei & Eccleſia f. 237. his verbis, ex Gallico fideliter i Latinam linguam tranſlatis: *In eam* inquit, *rẽ arma ſunt iuſta, imò iuſtiora quã contra omnes alios infideles* (loquitur de hæreticorum extirpatione) *ſi uti hæreſis etiam peior eſt, omni infidel*

ta

*tate, ſecundum verbum Dei, qui permittens populo ſuo inire pacem & fœdus cum ciuitatibus Gentilium, longè ab illo diſſitis, ſed minimè cum propinquioribus: quas Deus citra vllius exceptionem funditus extirpatas volebat, docet nos hanc Theologiam; cum infidelis, qui eſt propinquus, nihil aliud ſit, quam, qui ſub nomine Chriſtiani ſeminant ſuas impietates & blaſphemias, ſicuti facit omnis hæreticus, * ſed ſi iuſtum bellum contra hæreticos, quanto iuſtius cõtra caput hæreticorum?* (de Henrico quarto Galliarum Rege agit) *etſi*, inquit, *iuſtum eſt ad extirpandos Reges hæreticos, ex omnibus Regnis Chriſtianis, quanto*, inquit, *iuſtius ex regno Chriſtianiſſimo?* Hucuſq; Franciſcus ille Romano-Hiſpanicus minimè Francus; cui his verbis occinit Cleſelius Epiſcopus Vienneſis, & Conſiliarius C. M. in ſua ad Sereniſſimum Archiducem *Matthiam*, Hungariæ Proregem, nupera oratione, quâ Celſ. ſuam dehortatur vlteriorem hæreticorum in Hungaria tolerantiam: *Spiritus immundus eiicitur à Gentilibus*, inquit, *cum fiunt Chriſtiani, ſed redditus, ex Chriſtianis fiunt hæretici, & tunc nouiſ-*

Hæretici infidelib. ſunt deteriores, ergo illi prius excindendi, iudicib Ieſuitis; at Ieſuita cum tales ſint, quid iuris?

** Nominatim autem Ieſuitæ.*

Hoc Ieſuitarum propoſitum notent Reges & Principes Euangelici.

ſima eorum peiora ſunt prioribus. nam hæreticos peiores eſſe Gentilibus, nemo dubitat; Gentiles enim per ignorantiam Deum blaſphemant; hæretici autem ſcientes laniant veritatem. Quam ſententiam etiam alii Romano Hiſpanici per Germaniam, vt bonã, probant; omnes Euangelicos, cuiuſcunque profeſſionis ſunt, hæreticorum appellatione complectentes. Decreto quoque Sorboniano anno 1590. & 7. Maii conſtitutum eſt, *quod Catholici à pace cũ hæretico Rege facienda abhorrere teneantur.* Si itaque Romano-Hiſpanici, cum ex animi ſententia loquuntur, nõ pace cum Regibus, Galliæ, Angliæ, Daniæ, Norwegiæ, Swetiæ, aliisq; Principibus & Ordinibus Euangelicis (quos illi hæreticos vocant) ſed bello agendũ, eosdemq; ante alios infideles, radicitus extirpandos eſſe ſtatuant, aut ſi pace cum iiſdem agendũ fuerit, eandem illis ad euerſionem & faciliorem tantùm extirpationem concedendam eſſe; annon illis ipſis iudicibus, Fœderati ab omni pace arceantur: an non econtrà potius Regẽ Hiſp. quia hæreticus notorius eſt, ex Regno illo Catholico omnibus omnium Euangelicorum viribus

Vide primã Fœderatorũ defenſionem ſub finem.

ribus

ribus expellere oporteret? maximè cũ alia insuper contra eundem militet ratio, veluti contra vniuersi orbis raptorem, quem Deus ipse iubet deprædari per Prophetam Esaiam, his verbis: *Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & ipse sperneris; cũ consummaueris deprædationem, deprædaberis; cum fatigatus, desieris cõtemnere, cõtemneris; sicuti fecit, facite ei.* Vnde facile colligi potest, quænam & cuius naturæ sit illa pax, quam maioris Britanniæ Regi Christianissimo fidei (quã illi hæresim vocant) defensori & Carolo Regi Swetiæ, aliisque Euangelicis Romano-Hispanici offerunt, quandoquidem propositum de hęreticis, vbique terrarum quibuscunque viis & artibus extirpandis perpetuum & immutabile sit.

cap. 33. ver. 1.

Esaias capite 50. vers. 15.

Neque hoc impedimentum Romano-Hispanici vllo modo auferre possunt, ne quidem per fideiussorum [a] dationem, etiamsi omnes Reges & Principes orbis Christiani pactorum ex Regis Hispaniæ parte obseruantiam repromitterẽt; propter multas, easque euidentissimas & certissimas rationes; quarum prima est, quod

[a] Fideiussionum inutilitas in pace cum hæreticis tractanda.

inauditum adhuc est in causis Regni, seu Status, * fideiussores dari. Etsi autem vnitâ omnium reliquorum Regum potentiâ, perfidiæ & audaciæ Hispanorum continendæ, idonea esse posset, eadem tamen longè maior est, quàm, vt in potestate sit Fœderatorum, eosdem ad promissi præstationē cogere. Etenim apud quosnam iudices illi citari poterunt? & per quos cogi ad damni præstationem, si Fœderati ab Hispano deciperentur? vnde rectè dicitur, quod vti inutilis est actio, quam excludit inopia debitoris, ita etiam ea parui momenti est, quæ in eum instituenda est, qui propter potentiam cogi nequit: qui etiam omnibus legibus se solutum esse dicit, quemque prehendere, ducere, aut rapere non licet: Quod & maximus rei militaris Dux, non ita pridem Legatis magni Principis, Regis illius cautionem offerentibus, respondit. Fideiussio enim idonea esse debet, non solum respectu debitoris, sed maximè respectu creditoris; id est, talis, vt per Fœderatos ad omnis causæ & damni facti restitutionem

* *Vide Arnald. Aduocatū Parlamenti Parisiensis in Oratione contra Iesuitas ad Henr. IV.*

nem

nem cogi posset ; hoc autem fieri non posse à Fœderatis, contra Reges & Principes fideiussores, manifestum est ; ergò est inidonea ; æquè enim durum est à petitione per aduersarii potentiam, quàm per inopiam excludi. Et quis, quæso, ouibus suasor fuerit, vt fidei lupi se committerent, sponsore leone ? Patet itaque fideiussionem idoneam non esse, quæ non potest restituere damna, quæ debitor vel repromissor Hispanus, perfidiâ suâ dare posset. Si enim tractatu facto per proditionem, (quod Deus prohibeat) vrbes aliquas, vt antè interciperet, & lanienam talem, sicut Henricus tertius Galliæ Rex, exerceret ; aut talis machinatio, qualem nuper Iesuitæ Ianitzarii Hispanorum, secundum intentionem sancti Fœderis Sociorum in Regnum maioris Britanniæ instituerunt, successum habuisset. Quis Regum tot innocentissimorum & liberorum Principum, Nobilium, aliorumque omnis conditionis, ætatis, & sexus, vitas restituere, aut reponere posset ? bellum enim illi perfido ob id inferre,

non eſt damnum, multò minus vitas oppreſſis reſtituere. Sed illorum interuerſio his hanc vtilitatem adfert, quod aduerſarii ſui in tantùm ſint debilitati. Secunda ratio eſt; *Vbi principalis cauſa non ſubſiſtit, neque acceſſoria conſiſtere poteſt: Atqui omnia pacta vtilitati Pontificis & Sedis Rom. contraria, ipſo iure, illis ipſis aſſerentib. nulla ſunt; ergo & ipſe tractatus & fideiuſſio.* Tertia ratio, quia pacta poſteriora & particularia, anterioribus & generalibus contraria, inutilia ſunt; nec promittentem iure Pontificio obſtringunt: Sic Sigiſmundus Imperator ſe promiſſis IOHANNI HVSSIO & HIERONYMO PRAGENSI factis, non teneri ſignificauit; quia contrarium antè Pontifici & Sedi promiſerat; ideoque etiam eos iure combuſtos fuiſſe Pontificii referunt. Quarta ratio in diſpenſatione Pontificis, eſt; quo enim remedio, quis ſe aduerſus ſceleſtum illum ictum tueri poteſt, quo omnes omnium Regum, Principum & populorum contractus, quaſi Eccleſiæ Romanæ vtilitati aduerſantes, ad nihilum reducuntur? Videtis itaque ſacratiſſimi Imperii Ordines, ve-

ræ

(æ pacis impedimentum, non à personis Fœderatorum & reliquorum Regum & Principum Euangelicorum, ſed à Romano-Hiſpanicis proficiſci.

Rebellionis crimen, quod Romano-Hiſpanici Fœderatis citra vllum ipſorum meritum, vt ſupra oſtenſum eſt, impingũt, Quartum impedimentum ſuggerit, & eiuſdem eſt efficaciæ. Cum enim Hiſpanici Scriptores, nec his fidem ſeruandam eſſe tradant, & in hac ipſa ſpecie, Balthaſar Ayala, in ſuo libello, *De iure & officiis bellicis*; Quomodo Fœderati, cũ à Romano-Hiſpanicis tales habeantur, vllos pacis tractatus reiicere dici poſſunt, quibus fides (quæ omnium contractuum baſis eſt) per Romano-Hiſpanicos ſublata eſt?

Quartũ impedimẽtum, rebellionis crimen, falsò & iniuriâ Fœderatis tributum.

Lib. 1. cap. 6. §. 12.

Quintum, & omnium maximum impedimentum eſt, in pacis inter Regem Hiſpaniæ & Fœderatos ineundæ fine & ſcopo: Quod impedimentum diligenter omnibus Euangelicis & Orthodoxis eſt obſeruandum; quia ob incurioſum illius neglectũ quotieſcunq; cũ Põtificiis pacẽ in-

Quintum impedimentum, in fine & ſcopo pacis Romano-Hiſpanicæ, qui eſt hæreticorum extirpatio.

ierunt, turpiter, periculosè, & crudeliter, per æquiuocationes Iesuiticas & Pontificias, cum Ecclesiæ Euangelicæ & Orthodoxæ summa & irreparabili iactura, & lamentabili Antichristi Regni propagatione, decepti fuerunt: non enim Euangelicis pax datur, quæ illis commoditatem aliquam durabilem adferat; sed quia facilius pacis artibus, vt suprà ostensum est, superari possunt, quam bello.

Vide. s in nona pacis tractatione.

Scopus autem in omnibus veræ pacis tractatibus est, belli omnisque hostilitatis in tranquillitatem publicam, veramq; & constantem amicitiã, secundum legem conuentionis, commutatio: quâ durante, qui vtriusque partis sunt, securè secundum pacta cõuenta; iure suo & retento & recuperato, vti frui possunt; ac cætera, pietatis & iustitiæ munia, restaurari debent; hic est communis omnium tractatuum publicorum finis. Quare etiam Esaias Propheta, pacem bonam, *opus iustitiæ, effectum iustitiæ, tranquillitatem & securitatem in seculum*, appellat. *nam residebit*, inquit, *populus meus in causa pacis, & in habitaculis securissimis, atq; in locis ad quietem trãquillissimis.*

mis. Pſalmiſta quoq; plerumq; *pacem cum veritate & iuſtitia* iungit: non .n. verè pax dici poteſt, quæ inſidiis & violentiæ obnoxia eſt.

Vbi itaq; finis ille antecedẽtem, pacis tractatũ conſequitur, veram pacem eſſe credendum eſt; vbi verò hoſtilitas & anteriores inimicitiæ capitales, pacis tractatu non extinguuntur: Quis, quæſo, iſtiuſcemodi tractatus, licèt pacis nomine fucatos, veram pacem appellauerit?

Nullos autem pacis tractatus, quos Romano-Hiſpanici cum Euangelicis, Regibus, Principibus & Ordinibus celebrant, hoſtilitatem tollere, ſcriptis ipſorum Pontificiorũ notiſſimis, manifeſtis rationibus, indubitabilib. tractatibus, publicis & hoſtilibus actibus, qui tractatus illos cõſecuti ſunt, vobis ob oculos ponam; è multis pauca & quidem recentia, quæ authoritate publica comprobata ſunt, in medium adferam. *Joh. Paulus Windeckius*, S. Theologiæ Doctor, & Eccleſiæ Collegiatæ in oppido Marchdorff / Canonicus, anno 1603. edidit libellum cum priuil. Cæſ. Matis, cui titulus; PROGNOSTICON *futuri Status Eccleſiæ, in quo dua-*

bus quadraginta rationibus demonstrat; Caluinianorum, Lutheranorum, aliasque sectas, breui perituras, ad quas adiicitur deliberatio; *quibus remediis à Catholicorum Prouinciis secta omnes arceri, aut vbi nidificarunt, funditus euelli queant.* in eius libri dedicatoria, Serenissimo Archiduci Maximiliano inscripta, Caluinianos & Lutheranos *capitales Rom. Ecclesiæ inimicos*, appellat, *domumque Austriacam*, velut *acerrimam Catholicæ fidei propugnatricem, ad profligandos immanes eius hostes, Turcas & hæreticos, fauente potenti Numine, hactenus conseruatam esse gloriatur*; atque in præfatiuncula alia, *Lutherum ter execrabilem alastorem, atque immane Religionis Catholicæ flagellum* appellat, & nominatim 33. remedio tradit; *Euangelicos tandem tanquam hostes Ecclesiæ radicitus, & ad internecionem delẽdos esse*, Reges & Principes Euangelicos *immites lupos, proceres Germaniæ contumaces, rebelles & vecordes*, appellat. & paulò post; *Elisias pestes*, & *perfidos*, quia se Concilio Tridentino nõ subiiciunt, sceleratus ipse indigetat, vti & responsione ad quar-

tam

tam obiectionem, *pacem Religionis, illis datam esse audet negare*; sed tantum *moratoriam dilationem & tolerantiam*, quos etiam antè in remedio XXII. tempestiuè opprimendos & penitus delẽdos fuisse, monet, his verbis: *Habet.n. hoc hæresis omnis & falsa doctrina innatum sibi, vt facilè in animos hominum irrepat, & nisi in ipsis suis initiis radicitus extirpetur, post longiusculam moram, non euelli queat. Si Colygnius & Condeus in Galliis, Egmondanus, Hornensis, ac Uranius in Belgio, in Germania Proceres nonnulli, aliique fautores Caluinismi tempestiuè oppressi fuissent, antequam alios in societatem scelerũ attraxissent, & sensim sibi vires collegissent, non tam longè latèque, post, omnia horrendum in modum depasti & populati essent.* Denique in supplementum probationis, hostilitatis pace publicâ non extinctæ, omnium remediorum ad extirpandos Euangelicos, *Sepem, complementum, & vinculum optimum esse*, ait Remed. 23. *institutum Inquisitionis Hispanicæ*, de qua supra dictum est. Vide etiam 4. Antidotum, & in Theologia Iurisconsf. loc. 19.

Huic consonat, quod nuper admodum Cleselius Cæs. Maiestatis Consiliarius ad serenissimũ Archiducem Matthiãde pace Hungarica rescripsit.

in fine, fol. 51. Sunt & alii, atque inter cæteros *Franciſcus Burchardus*, Cancellarius Colonienſis, in ſuo *Spirituali ſuſcitabulo*, Monaſterii Weſtphaliæ edito, qui pacis publicæ tractatu hoſtilitatem erga Euangelicos, ſublatam eſſe negant. Pontificii, & nominatim illi, qui in Fœdere ſancto, cum Sede Romana & Hiſpano ſunt, eiuſdem ſunt ſententiæ. Cum illius coniurationis vnicus & ſupremus ſcopus ſit, *hæreticos, velut ſummos Sedis Romanæ hoſtes, radicitus euellere*, nominatim autem Ieſuitæ; *Andreas Valadeus*, Societatis Ieſu, in præfatione expoſtulationis Apologeticæ Richomii, ad Henricum IV. Galliarũ & Nauarræ Regem, Euangelicos nuncupat, *teterrimos fidei Catholicæ hoſtes coniuratos*, ſic & ipſe Richomius, in expoſtulatione eadem multis locis *hæreticos hoſtes Maieſtatis ac Regum infeſtiſſimos* nuncupat, omneſque alii Ieſuitæ & Pontificii, Euangelicos, per Hiſpaniam, Italiam, Galliam, Heluetiã, Poloniam & aliis ſimilibus probris conſectantur apertè. Quæ vt manifeſtiſſima ſunt, ita hîc ſingulatim referre, vobis nimis moleſtum fore credidi.

cap. 28. fol. 209. c. 81. fol. 556. edition. Lugdun. apud Horatiũ Card. 1606.

Ad

Ad rationes quod attinet, & illæ ostendunt euidentissimè, Pontificios, qui Sedis Romanę consiliis ducuntur, per pacis cum Euangelicis tractationes, nō solum nihil de hostilitate erga eos remittere, sed omnibus insidiis dolisque ad extirpandos Euangelicos contendere. nec id iniuriâ se hoc facere magnis de causis, per æquiuocationis Iesuiticæ regulas credunt: primo, quia etsi de pace inter homines, vt homines, seu politica, seruanda & colenda, cum illis tractetur: non tamen de pace Ecclesiastica inter hæreticos & Catholicos obseruanda, aut agi potuisse, aut actum fuisse aiunt; quia, vt inquiunt, lux & tenebræ inter se conciliari nequeunt; cum odium implacabile & hostilitas irreconciliabilis, hæresi cum fide Catholica, Pōtificiis cum Euāgelicis sit; vti & inter Phariseos & Scribas & ipsum Christū, eiusq; discipulos, virtuti cū vitiis; veritati cū mendacio, nulla coitio aut communicatio esse potest; adeo vt, si quid in præiudicium impietatis, idololatrię, seu superstitionis (quam illi lucem & veram fidem appellant) & magnitudinis Romanæ promissum sit, ipso iure talem

Clefelius supra d. loco inter cæteros.

promiſſionem nullam eſſe dicant, nec illa promiſſione, quem impediri, quominus Gentili, Iudaïca illa Romanorum ſacra, & ſemper colere, & quacũque via promouere poſſit, ac teneatur; ac ſiquid dubitationis reliquum eſſet, id totum à Pontifice, pro ſumma quâ cœlitus authoritate, ſe præditum dicit, per diſpenſationem tolli poſſe; adeo, vt non obſtantibus illiuſmodi pacis tractatibus, non ſolum Euangelicos ad ſuperſtitionem Pontificiam cogere, ſed renitẽtes, quacunq; via è medio tollere poſſint.

Quod, etſi communi omnium Pontificiorum calculo ita receptum ſit, vt nulla alia probatione indigeat, aut de eo ambigi, vlloue modo dubitari poſſit, Berclaium Ieſuitam tamen, in ſuis cõtra Monarchomachos libris (in quibus ſibi ſupra omnes alios ſapere, & multa noũa atque exquiſita protuliſſe videtur) eandem ſententiam confirmantem audite; *Quaſi verò*, inquit, *aliquid commune habeat pius iſte Principum*, puta Pontificiorum conatus, *cum veſana & deteſtabili impiorũ*, puta Regum & Principum Euangelicorũ, *crudelitate, Chriſtianos ad Idololatriam vel hære-*

hæresim (ô impudes os) pertrahere conãtiũ. vos.n. quia existis de nobis, retrahi à nobis, vt perditi & pfugi liberi ad patriã, patrem, ipsam adeo matrem Ecclesiam; è cuius sinũ aufugistis, aut si benignè reuerti nolueritis, plecti (notate verba pacifica) iure optimo, vt perfidi & perfugæ potestis atq; debetis. Audite, quæso, Pharisæos & Scribas, rediuiuos, Abrahami secundum carnem filios, viperinam illam progeniem, pœnis Reges & Principes Euangelicos in nouæ Babyloniæ seruitutem, & ad gremium adulteratæ matris Ecclesiæ, cuius illi spurii [b] sunt, reducendos esse, oggannientes. atque hunc absolutæ Regum potestatis, contra populorum rebelliones, scilicet defensorem, Iesuitæ Pontamousani Lotharingi ad propositum Christianissimi I, maioris Britanniæ Regis iuuandum, velut iuris in Andegauensi vniuersitate professorem, per ambages in Angliam permouerunt; *nos contra*, inquit,

a *Ex huius solius loci allegatione, Berclaii fides & probitas detegi potest. 1. Ioh. cap. 2. vers. 19. Diuus Apostolus illis verbis notat Pharisæos & Scribas; qui exierant ex vera Ecclesia, licèt in templo Ierosolymitano essent, quia reliquerant veram legis & propheta-rũ doctrinã & fidem, & traditionib. adhærebant, quos ob id ex suorum numero esse negabat, sicuti perditi Pontificii sunt, qui etiamsi in templis imaginum & superstitionum Romanensium plenis, sint; exierunt tamen ex vera Ecclesia, quia eius membra esse desierunt, cum Christi & Apostolorum salutarem doctrinam reliquerũt & ad proprias traditiones somnia & fabulas transierunt.*

b *Vt cui non vnus pater est, sit spurius, an non Papicolas meritò dixeris esse nothos?*

Berclaius, *quoniam inter vos nullum vnquam numerum tenuimus, nunquam coitionibus vestris interfuimus, nunquã Religionis & rebellionis vestræ participes facti sumus, compelli ad nefarios cœtus vestros non debemus. Nec* [a] *si Catholicis* (Pontificiis voluit dicere) *pœnas grauissimas ob defectionem debetis, idcirco vobis in Catholicos etiam numero & viribus inferiores nullum ius competit. Quippe quos nec vestræ militiæ nomen* [b] *dedisse, nec a vobis exiisse constat.* Vult dicere Berclaius, quia mater Ecclesia Romana adulterata est, quod Deus non possit ex lapidibus suscitare filios ~~legitimos~~ [veros] Abraha[redacted], si aliunde deessent. postea subiicit: *non solet Ecclesia Catholica* (Romanam voluit dicere) [c] *Iudæos vel Ethnicos pœnis ad fidem directò adigere, multo minus excommunicare, quod nullo se vnquam Christianæ militiæ sacramento disertè obligauerunt; at hæreticos, vt proditores* [d] *& transfugas rectè persequitur: quia in numeros*

a Pacis hæc verba notãda.

b An Pontificii non sint baptisati in nomine patris, filii & spiritus sancti?

c Cur itaque Hispanus Indiam Occidentalẽ, penitus Ethnicam (flãma ferroq; ad fidem Romanam, inaudita crudelitate adegit? & ea de causa tot insulas tantumq; terrarum ambitum suis Regnis adiecit? vide sannatoris Rouidæ orationem, ad Deputatos Regni Maioris Britanniæ, in Relatione Conestabilis Castiliæ.

d *Reges & Principes Euangelicos hic fidei desertor, vt proditores & transfugas pœnis ad obedientiam cogendos esse ait.*

numeros relati, fidé fefellerunt, illos quod foris semper fuerunt, inuitat [a] *tantũ, non etiam cogit Ecclesia, hos vero quoniam ingressi semel, foras iterum sunt euagati, reuocat pro suo in eos imperio, & compellit intrare, cui rei summo semper auxilio fuerunt Principes Christiani*; inprimis vero Hispanus, Guisiaci, atque alii viri sanguinum, *idq; vel in præcipuis eorum laudibus est positum:* testantibus id lanienis variis in Gallia & Belgio, contra publicas pacis tractationes, perfidè & crudeliter ab iisdem perpetratis; in quibus nec primorib. Regni, vel Principibus sanguinis Regii pepercerunt; Nã & Antonius Rex Nauarreus Henrici IV. pater, & Lodouicus, Principis Condei auus, ob solum hæreseos crimen capitis supplicio addicti, periissent, nisi admirabili Dei iudicio, qui cõsilia pacis sanguinaria & perfida per mortem Regis Francisci II. frangere volebat, liberati fuissent; & paulo post eodem capite idem Berclaius addit; *Princeps* [b] *Catholicus, cum sit minister Regni Dei, iure potestatis, vos cogere tenetur, idque ni fecerit, & vos, vt censiti fugitiui, plectemini, & ille, vt ne-*

[a] *Infideles inuitat tãtum, inquit Berclaius, at Indos infideles innumeris millionibus occidit, vt ipsi Episcopi Hispani, qui interfuerũt, testantur. hoc si Hispani inuitare appellant, habe tibi, Monarchomache, talẽ inuitationem.*

[b] *Hispanum denotat, tanquã Catholicæ fidei propugnatorem & amplificatorem, seu pium cunctarum gentium parentem.*

gligens minister indiligentiæ pœnas dabit.

Videtis ex his, Sacratissimi Imperii Ordines, quod cum Fœderati, cæteriq; Euangelici, cum Romano-Hispanicis de pace publica tractāt, eâdem nullam sibi tutam securitatem comparent, sed quod hinc Pōtifici velut vicario Christi & supremo totius orbis Imperatori & iudici potestas, veros & innocuos Christianos indictâ causâ, temporali & æternæ pœnæ deuouēdi illibata seruetur: Regi verò Hispaniæ, vt principi Catholico *cunctarum gentium pio scilicet parenti* & Regni Dei (quod per vniuersum mundum est) seculari ministro, pace non obstante, illud munus impositum maneat, vt auxilio aliorum Regum & Principum, & Catholicos & Euangelicos Reges, Principes & Ordines (quos cœcus ille Berclaius, ille, inquam, Pontificiæ & Hispanicæ Monarchiæ & Inquisitionis, cum omnium legitimorū Regnorum euersione defensor, *hæreticos, pditores & transfugas*, atq; adeo *capitali supplicio dignos* dicit, ad nouam Babylonem (ex qua mandato Dei exierant) reducat, vel funditus extirpet.

Tra-

Tractatus autem ipsi antiqui & recentes inter Galliarum & Hispaniarum Reges, cæterosq; Principes Pontificios, si inspiciantur, manifestissimè inuenietur, inter suprema tractatuum capita, id semper & inprimis actum, vt communi ope & consilio, noua, quam appellant, religio radicitus extirpetur. Singulos tractatus hic in medium producere, & vobis nimis longum atque molestum foret, neque huius quoque est instituti. vnum tantum atque aliud caput, ex solemnibus quibusdam tractatibus in medium adferá, donec bonus aliquis Genius, veræ pacis & pacificæ veritatis studiosus, veram aliquam & non fictam, aut ex suggestione vel ad affectum alicuius compositam pacificationum historiá, in publicum edat. Quæ inter Henricũ II. Galliarum & Philippum II. Hispaniarum Reges, quæ Anno 1559. in Arce Cameracensi in Belgio inita fuit pacificatio, valde solennis est: eius primo capite, vterq; Rex semetipsum concilio generali, quod Romæ ad propagationem fidei & extirpatione hæreseos iampridẽ institutũ fuerat, subiecerunt, neq; eo contenti, & filios suos regniq;

Vide Petrum Matth. Historiographũ Henrici IV. Gall. Regis in Historia pacis lib. 1.

ordines ad illud propositum sæuissimè exequendum, solenniter obstrinxerũt. Quod Augustinus Thouanus, postquam ea, quæ ad pacis inter duos illos Reges conciliandæ promotionem acta fuerant, retulit, his verbis probat: *vt non inter Gallos & Hispanos tantum, sed inter omnis orbis Christiani principes & Ciuitates concordia sarta videretur: Verum ea peruerso vtriusq; Regis iudicio, ac ministrorum in Galliæ & Belgii perniciem vertit, exortis intestinis motibus (nimirum propter executiones ex fœdere communi institutas) bello externo deterioribus; nam ab eo tempore renouata sunt Cardinalis Lotharingi & Granuellani Atrebatensis Episcopi clandestina, de requirendis & ferro puniendis sectariis, consilia; cuius rei occasione fœdera occulta vtrinq; inita sunt, &c. quæ tandem in apertum bellum erumpunt, additum pactis, ea Delphinus & Carolus Philippi filius rata haberent, ac iureiurando firmarent; tum, vt per omnes Regnorum vtriusque Principis curias promulgarentur & in acta referrent. hæc acta in arce Cameracensi, quam vocant, III. Nonas Aprili* 1559. *& quatriduo post Lutetiæ Parisiorum promulgata,* *suppli-*

In sua Historia dicto anno 1559. lib. 15. Histor.

Notate sancti fœderis inter orbis Christiani Pontificios, Reges & Principes, pace Cameracẽsi, restaurationẽ solennẽ.

ſupplicationesq; publicæ habitæ, ac poſtea Romæ à Pontifice, lætitiæ ſigna edita. Sic ſcribit Thouanus.

Atque hic ille eſt tractatus, qui pace Veruiniana inter cæteros expreſsè & iteratò, nimirum articulo 1. & 27. eſt comprobatus. Primi articuli verba talia ſunt; *In primis conuentum & accordatum eſt, quod tractatus pacis manebit concluſus & reſolutus inter dictos Dominos Henricum IV. & Philippum II. cōformiter & in approbationē articulorum contentorum in tractatu pacis factæ in arce Cameracenſi, anno 1559. inter dictum Regem Catholicum & defunctum altiſſimæ & laudatiſſimæ memoriæ Henricum II. Regem Franciæ; quem tractatū dicti deputati, nomine dictorū confirmabunt, & approbabunt, in omnibus ſuis punctis, ac ſi hic de verbo ad verbum inſerta eſſent, & citra vllius rei, in illis aut omnibus aliis anterioribus innouationē: quæ omnia in integro manebunt, niſi in illis, quibus expreſſè per præſentem tractatum derogabitur.*

Vide Petrum Matthæum Hiſtoriographum Henrici Galliarū Regis in ſua Hiſtoria pacis.

Et articuli 27. verba talia ſunt, *& cōfirmati in omnibus punctis & articulis tractatus ante hac facti inter defunctos Reges Chriſtianiſſimos Henricum II. an-*

no 1559. in arce Cameracensi Carolum IX. & Henricum III. & Ducem Sabaudia,&c. Cæterum, quid ſcriptis eſt opus, vbi facta & opera ipſa loquuntur? ad facta itaque accedamus. Etſi enim ad hoſtilitatem & conſpirationem Romano-Hiſpanicorum in Reges, Principes & Ordines Euangelicos, etiam ab ipſius pacis initio, probandam, tales tractatus ſuffecturos eſſe Fœderati, minimè dubitent; exempla tamen aliquot ac recentia quidẽ, ſed velut per indicẽ tantum ſubiiciam. Ante enim in Polonia, qui ſunt genere Duces, & Principes, neque familia ipſo rege inferiores, quiq; ſuis, ex iure Imperii & libertatum Polonicarũ fruebantur, oblectationibus, pacis artibus eò adacti ſunt, vt inſtar mancipiorum Sigiſmundo, more iam inter Auſtriæ Archiduces recepto, ad menſam de Geniculis inſeruiant, interim, dum Principatus illorum, ab hoſtib. vel internis, vel externis diripiuntur. In Gallia ab illa pace inita, Sedes Romana omnia iura & bona Eccleſiaſtica, quæ durantibus anterioribus bellis amiſerat, & in rerum natura ſunt, recuperauit, Miſſa Romana per omnes omninò vrbes & pagos

quosdam

pagos remiſſa & reſtituta eſt; quod & per Hungariæ & Poloniæ Regna etiam contra pacta conuenta & iurata, à pace initâ, tentatum fuit; in Auſtria verò ſuperiore, cum tali ſucceſſu, vt Archiduces pro Baronibus, Nobilibus & aliis ſubditis Euangelicis obedientibus, qui expulſi ſunt, Ieſuitas & NuntiosRomanos ſibi imperantes receperint, amiſsâ, cum veris amicis, & Imperii ſui aduerſus Turcam fidiſſimis propugnatoribus, maiore poteſtatis & libertatis ſuæ parte. Quæ inſidiæ afflictiſſimæ, & ſemper liberæ Imperii ciuitati Geneuenſi, ab illa pace iuratâ & comprobatâ per Sabaudiæ Ducem, ante biennium machinatæ & intentatæ fuerint, vobis omnibus iam ſatis inclaruit. Hâc ſuam in Geneuenſes perfidiam & crudelitatem, vt Sabaudus ſub pacis ſuæ veneficio tegeret, octiduum antè, quàm vrbem de nocte intercipere & ad internecionem totum populum delere deſtinauerat, legatum ad illius vrbis Senatum miſit, pacis illius firmitatem & durationem per eundem perſuaſurus, hoc ſibi Romano-Hiſpanici iure lici-

tum esse, cum cæteris ex illo principio statuunt; quod nimirum hostilitas prior, pace illa non modo non tollatur, sed maius inde insidiarũ suarum promouendarum otium (vbi ab Euangelicorum armis tuti sunt) concedatur. ex superioribus. n. consequitur, vt, sicuti pueros talis, sic Euangelicos velut perpetuos Ecclesiæ Romanæ hostes, pace & iuramentis fallere liceat. Heluetios & Rhætos Euangelicos, antiquũ illud cum Pontificiis initum fœdus, anne ab artibus & technis Romano-Hispanicis tueatur? *nulla*, Põtificii inquiunt, *vobiscũ fida & perfecta societas esse potest, quandiu in gremium matris Ecclesiæ non redieritis:* annon inter cætera, nuper contra vetera Rhætorum pacta cum Duce Mediolanensi inita; imò, contra pacis Veruinianæ tenorẽ, Comes Fontanus, in præiudiciũ libertatis omniũ, Galliæ Fœderatorũ, sed maxime Euangelicorum Rhætorum & Heluetiorum, munimentum illud ad limites Rhætiæ extruxit, vt eosdem deinceps illo vinctos, ad Sedis Romanæ seruitutem volentes nolentesq; abripiat? Pax illa, quam sannator Rouida, velut opus Dei Christianissimo,

mo, Potentiſſimo & paci veræ deditiſſimo, Principi Iacobo I. maioris Britanniæ Regi, inſidioſè oſtentauit, an eundem & totam Britanniam ab illius decretoriæ hoſtilitatis coniurationiſq; ictibus, poſt pacem ſolenniter pactã & iuratam liberauerit? Solita Hiſpanis fraude & perfidia Regi potẽtiſſimo & fidei tenaciſſimo vincula pacis ſuæ iniecit, ne quid ex ea parte Hiſpaniarum Rex ſibi metuẽdum haberet, illoq; ita obſtricto, tandẽ ſolutior, eiuſdẽq; ſubditis mercenariis, in bello inſtructior, & potẽtior factus, ad Fœderatos prius vel ſubiugandos, vel delendos pergere poſſet, ad eundem deinde viribus maioribus auctus reuerſurus. Catholicæ .n. Romanæ ſuperſtitionis vbiq; terrarũ propoſitũ cum vniuerſale & immutabile ſit, an ne quis hæreſi, quam vocant, apud Fœderatos deletâ, Hiſpanũ plus vltra progreſſurum eſſe dubitat?

Quot interea in eundem Regem à Romano-Hiſpanicis tentata ſcelera priuatim & publice? dicebat ſannator Rouida, *in id æſtimare, magni Dei beneficio, vtriuſque Principis propenſionem congeneratam eſſe, vt ſyncero fœdere iuncti, virtuteque ac viribus Regnis*

In relatione Hiſpanica Coneſtabilis Caſtiliæ Legati in Angliam ad pacẽ ineundã, Valladolidi impreſſa.

suis certam securitatem, populisque sibi commissis, veram tranquillitatem adferant, & omnibus Christi hostibus, ad Dei (id est, Pōtificis seu Christi vicarii) a quo omnia acceperūt, gloriam amplificandā, & nominis sui immortalitatē consequendam, funestum inferāt exitium, magniq; Dei beneficio factum esse, vt clarissimorum Principum coniuncta vires, nedum eorum Regnis securitatem, sed omnibus Christi hostibus, votum exitium allatura sint.

Hisce suauiis atque aliis adulatoriis delinimentis, dum Regis pacifici, Ordinumque illustrissimorum animos, ministri Romano-Hispanici in pacem illam alliciunt, vidistis ipsi, quod condimentum sub specie *vera illius*, quam ita appellant, *pacis*, in gratiam Sedis Romanæ & ad eius fidem amplificandam, Britannis Catholicis iuxta ac Euangelicis coxerunt? Illud nimirum *funestum* omnibus Sedis hostibus *votum exitium*: quod supra ex Sedis & conspiratorum sententia hæreticis de-

Notate vnā hanc ex sanctissimis & Altissimis S.R. destinationibus; ad quas exequendas Amasii dicta Sedis, quiq; pro virili sua coniurarunt; inter easdem queq; referri possunt Sedis consilia & machinationes in Moscouiam per suppositititium illum Demetrium; Ea, qua in Daniam, Norwegiam, Swetiam, Hungariam, & Poloniam aliquoties tentata & etiam nunc tentantur, vt videre est in secunda Fœderatorum defensione.

cis destinatum esse, illorum, ipsorũ testimoniis demonstraui; talem ne securitatem, quâ omnia crudeliss. susq; deque ferũtur, vllus mortaliũ, qui aliquo humanitatis sensu tangitur, Fœderatis suaserit? id Pontifici vel Iesuitis, eius Ianitsariis, solis potius, quam ipsi Hispano quis adscribat, licet.

——probum
Patre ab improbo, non posse nasci filium, notum est. Taurus, draconem genuit, & Taurum Draco, fouit Sedes & exclusit hunc pullum, ferocia tauro haud minorem; vt habeat, cum fraude ne quid, qui vi, quod agit, perficiat. Sed an Hispanus optimo huic Regi, totiq; regiæ familiæ atque vniuersis Regni Ordinibus, expresso & speciali mandato (quod alias in tantis facinoribus dare, moris non est) an verò ex vi generalis clausulæ, de extirpandis hæreticis, in mandato Sedis insertæ, funestum hoc exitiũ parari fecerit, nec ne, an verò Iesuitæ aliique priuati, qui secundum communem mentis intelligentiam, & ex scopi Hispanicorum scientia, quid eidem promouendo conuenit, non ignorant; vel ex vi dictæ conspirationis generalis,

vel ſpecialis Draconis Romani iuſſu, quiRegibus a & Principibus eiuſmodi veneficia, pacis ſuæ poculo propinare ſolet, ignem illum, ad euertendum & conflagrandum vniuerſi Regni, cum ipſoRege, Regina, Principibus, liberis ſuis & cunctis ordinibus Parlamẽtum ſupponi curauerit, id is cui Romano-Hiſpanicorum æternum & crudeliſſimum ad extirpandos hæreticos propoſitum, eiuſque exequendi datum Hiſpaniæ Regi à Pontifice b mandatum, notum eſt, diiudicet: cum aliquot etiam Reges, licèt authoritatem & fidem Epiſcoporum Romanenſium ſequerentur, non ideo magis à Pontificum & amaſiorum eorũdem veneficiis, machinationibus, & impiis conatibus liberi fuerint: quod multorum ſeculorum exempla, & recẽtiora quoque veluti Henrici II. Britanniæ, & Henrici

a *Notiſſimũ interim eſt, per relationẽ ſuprad. Conneſtabilis Caſtiliæ, quod, cum in ſolemni pacis conuiuio, dictus Conneſtabilis sereniſsimæ maioris Britãniæ Reginæ, pro ſalute Regis in hac pace propinaret, eidem ex Dracone cryſtallino propinauerit. verba relationis talia ſunt*: Segunda vez ſe leuanto il Coneſtabile, il brindo à la Regna, por la ſalud del Rey, en vng DRAGON de Chriſtal, muy hermoſo, garnecido de oro, beuiẽdo en el cobert or. & en el vaſo, y en pie, hizo la reyna, la razon; *vt Deus qui nihil fortuitò facit, hoc indicio, velut digito ſuo, Regi Chriſtianiſsimo oſtenderet, pacem hanc à Dracone Romano, ſibi in ſuam ſuorumque, & omnium regnorum ſuorum perniciem propinari. Quod etiam Ianiſſariorum Draconis ſcelere iam patratum fuiſſet, niſi admirabilis Dei in Regem ſuum bonitas, malum hoc ab illo prohibuiſſet.*

b *Vide in defenſione ſecunda.*

Henrici III. Galliæ Regum testantur. quos, licèt superstitionis Romanæ obseruantissimos, tamen Pontifices per summum scelus & Regno & vita simul exuerunt. Quid ad hæc Pontifices, per Cæsarem & Gallum, in Henricum Angliæ Regem huius nominis Octauum, veræ pietatis & excelsi animi Principem; item per Philippũ II. Hispaniæ Regẽ in reginam Elisabetham, statim ab expulsa & Regnis suis idololatriâ, & Henricum IV. Galliæ & Nauarræ Regem, antequã in castra Sedis transisset, tentarint, in recenti est memoria. Valdesius Hispanus, in libello suo de præsidentia Regis Hispaniæ, super omnes principes Christianos, dicit, quod rex Hispaniæ est Angliæ Dominus proprietarius: propterea quod patri suo per Pontifices illud regnum ab hæreticis vindicandum datum fuit; anne ab illo tempore causa, id est illa religio (quam illi hæresin vocãt) mutata? Et si (quod Deus auertat) mutaretur, an ob id à Sedis venenis & sicis Rex liber futurus esset, nisi ipse & se & totum populum iugo Sedis crudelissimo se subiiciat?

Sed cùm talia hostilitatis opera in vicinos socios, & centum annorũ syn-

ceros amicos, & à pace insuper noua, recenterque & solemniter obfirmatâ, Romano-Hispanici exercere non vereantur; anne vobis verosimile sit, quod Fœderatos (à quib. velut subditis & rebellibus, vti summâ eos iniuriâ diffamant, iam supra triginta annorum spatium bello irritatos esse cõqueruntur) mitius clementiusque sint habituri? maxime, vt supra tactum est; cum Duces de Vilhermosa & Marchionem Fontanum, Hispaniæ Principes Catholicissimos (vt ita dicam) tantùm ob id, quod pro Arragoniæ patriæ suæ libertate vindicanda, arma contra tyrannidem & vniuersalem Philippi II. Monarchiam sumpserant, item Comites Egmondanum Catholicum, & Hornanum Euangelicum, post concessam illis gratiam, perfidè necari iussit?

Bona itaque pacis & belli discrimina, ex Philosophorum præceptis tum differere, vbi res non nisi ferro terminari potest, & in medio ardore belli, intempestiua sapientia est, inquit Tacitus. Etsi autem Hispani nullam in toto orbe Christiano nationem, Belgica stultiorem, imprudentiorem & deceptionibus magis obnoxiã esse, vt supra [a] vidistis, superbè glo-

[a] *In prima Defensione.*

bè glorientur; Deus tamen, qui ſuis in propinquo, non autem in longinquo eſt, quiq; ridet potẽtes, & ſuperbos, ſed extollit humiles, Romano-Hiſpanicorum perfidiam & immanitatẽ iuſto iudicio puniẽs, frequẽter oſtẽdit, nihil corã prudentia & potẽtia humana, tam ſtolidum, imprudẽs, & occupationi facile videri, quod ſe adiutore, ſapiẽtiſſimis, prudentiſſimis & potentiſſimis non fuerit factum arduum, & inſuperabile. Fœderati interim præmoniti, cum piſcatoribus ſuis, & ipſi ſæpius icti, viciniſq; & remotis Hiſpanorũ perfidiis docti, multo ſibi laudabilius, ſanctius, & quidẽ tutius eſſe credunt; cõtra vaferrimos illos Mauros, Punicâ gente perfidiores, & Turcis ipſis crudeliores ſub potẽte Altiſſimi & Clemẽtiſſimi Dei manu, rebus ſic ſtantibus, fortiter & conſtanter ſe tueri; quàm decretoriæ Romano-Hiſpanicorum fraudi, vafritiæ & perfidiæ ſtultitiam, imprudentiam & ſimplicitatem (ſic Fœderatorum pietatem, prudentiam, fortitudinem & conſtantiam, ſtolidi, ſuperbi, idololatræ, & ſanguinarii ipſi Romano-Hiſpanici appellant) exponere.

Videtis ergo ipſi, ſacratiſſimi Impe-

rii Ordines, non esse quærendum: an Fœderati perpetuum velint bellum; cum id supra omne malum detestentur; sed an Romano-Hispanici impia illa, crudelia, barbara, & perfida decreta, & decretoriam contra omnes Euangelicos, imò contra omnes Reges & Principes liberos, tyrannidem, destinationem, & hostilitatem, non velint mutare, & ostensa illa pacis impedimẽta omnia tollere, illisq; suis crudelitatibus, (quibus in pace magis, immaniusque, quam in bello, piis & Christianis nocent) vnquam finem sint imposituri? *Æquissimum enim est, vt qui pacem belli amore turbauit, bellum pacis charitate deponat.* Fœderatorum interim intẽtio nunquam fuit, neq; etiã nunc est, (quod & illorum acta ostendunt) vt bellũ immortale velint; [a] (*Digladiari enim semper, & depugnare cum facinorosis & audacibus, quis non cum miserrimum, tum etiam stultissimum dixerit?*) Sed eatenus se, necessariò aduersus cõtinuatam à Romano-Hispanicis iniustitiam, crudelitatẽ, & immanitatem, Deo iuuante, tuebuntur, donec sine iniuria, in vera pace, viuere se posse, videbunt. Polybii itaque licet Ethnici, grauissi-

Tacitus.

[b] M. T. Cic. in chorographia.

uissimi tamen scriptoris iudicio Fœderatorum laudatissimum propositum concludam: *Equidem existimo,* inquit, *fugiendum esse bellum, non tamen ita esse fugiendum, vt omnia, ne in id incidamus, sustinere, perpetiq; velimus. Quid enim vel æquabilitatem in Rep. vel fiduciam, vel libertatis iucundissimum nomẽ laudaremus, si nihil omnino paci sit anteponendũ? Sed neq; Thebanos laudamus, quod tempore Medici belli, vt à communi Græciæ periculo essent immunes, ea per formidinem elegere, de quibus postea periclitati sunt; neq; Pindaro assentimur, qui in eo, poëmatibus suis ciues hortatur, vt cæteris omnibus postpositis, pacẽ duntaxat & tranquillitatem amplectantur, ac pacem magnificè scrutatus, definit esse quietis terminum, & splendidam lucem. Verum cum se persuasibiliter dixisse putaret, paulo post repertus est, omnium turpissimam ac nocentissimam protulisse sententiam. Pax enim si iusta & honesta sit, res est certe omnium rerum pulcherrima atq; optima; nihil tamen est aut faciendũ iniustè, aut patiendum turpiter, vt pace frui valeamus, quoties (inquit Tacitus) Romanæ legiones perire præoptarunt, ne loco pellerentur, socii sæpe nostri exscindi,*

vrbes suas, seq; cum coniugibus & liberis cremari prætulerunt; neq; aliud pretium exitus, quàm fides, famaq;? &c. Et Christiani, qui abiurato Iudaïsmo & Paganismo, nomen Iesu Christo filio Dei viui iuratò dederunt, quorũq; nomina in libro vitæ scripta sunt, se in Babylonẽ nouam & ad idololatriam Iudæo-Paganicam, perfidiâ Romano-Hispanicâ, inani pacis Romanæ spe reduci patientur, ad inflammandum aduersus se Dei zelotis iram, ad torquendã recti conscientiam, & temporales & æuiternas excandescentis Altissimi pœnas in se maturandum? Quis inter Christianos tam impius, tam prophanus, & ignauus, tam improuidus, tam erga se suosq; inclemẽs, crudelis, & sanguinarius, qui pacẽ bello anteponat, per quã pietati, Religioni, iustitiæ, libertati publicæ & priuatæ, atq; tot innocentissimorum hominum vitis, vis vel aperta, vel fraudulenta inferatur? impietas verò, idololatria, barbaries, seruitus in Regna, principatus & Resp. promoueatur? & non tantùm peior Regib. & vniuerso populo conditio, sed nulla penitus tuta securitas, imo ipsa infinita seruitus, ipsa deniq; mors eaq; crudelissima, atq; æterna adferatur?

Sint iam Amannitæ, qui Regibus & Principibus persuadere conentur, Fœderatos populum esse rebellẽ, sicut de Iudæis Aman, Assuero Regi falsò persuaserat, componant Cancellarii & Consiliarii Regib. & Principibus suis edicta, & leges, a quib. ad Regni pacem, vt aiunt, conseruãdam & propagandã, fideles radicitus extirpãdos esse decernunt: dicant Fœderatos aliosque fideles, in toto terrarum orbe dispersos, à se mutuo separatos esse, nouis vtentes legibus, cõtra omnium gentium consuetudinem facientes, Regũ iussa contemnentes, & vniuersarum concordiã nationum, suâ dissensione violãtes: dicant cum Principe Sacerdotum Anna, Paulum accusante, orthodoxos pestiferos seditionum in orbe Christiano & cõcitatores & authores esse; quo his calumniis Regum & Principum animi præoccupati & accẽsi, in eos innocuos & indefensos statuant, vt cum cõiugibus & liberis ab inimicis suis deleãtur, nullusq; eorum misereatur. Deus tamẽ pater ille miserationum, ille, inquam, potentissimus retributionum Deus, qui mendacia & calumnias odit, iudicium iustitiamq; amat, & Regum cor-

a Consiliarius Regis Nabuchadnesaris pessimè cessit, quod legem Regni impiã condiderant, ob cuius neglectum Danielẽ in fossam leonum demiserant. Eius enim innocentiâ admirabili Dei bonitate patefactâ, ille ex ore leonum famelicorum liberatus fuit; & cõsiliarii eiusdẽ in pœnam calũniæ in fossam illam coniecti & à leonib. deuorati fuerant.

da in manu habet, non magis nunc qu
olim ſinet, vt veritatis Chriſtianæ h
ſtes, tantas præuaricationes atq; cal
mnias impunè ferãt, illęq; veritati pr
ponderent; vt quoq; non patietur ha
reditatem ſuam à malis miniſtris pen
tus diſperdi: vti enim fidelibus fidel
eſt, ſic hoſtibus ſuis admodum
terribilis ſemper fuit
& erit.

FINIS.



